

Dissertatio Inavgvralis Sistens Gloriam Angeli Foederis, Cvm Iacobo Collvctantis : Ex Genes. XXXII. 24. sq. Et Hos. XII. 4. sq. Adsertam, Et A Dvbiis Anonymi Angli Vindicatam


Partem Posteriolem : Consentiente Venerando Theologorvm Ordine, Pro Loco Professoris Theologiae In Academia Albertina Extraordinarii : A. D. VIII. Septembris A. R. S. MDCCXLIII. Horis Ante Meridiem VIII-XI. Et Post Merid. II-VI.

Regiomonti: Typis Revsnerianis, [1744?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861926498>

Band (Druck) Freier  Zugang





90

49. dg.

Fa 1092 (90.)

aus
?
67
16
10
ed
179e
s
cator
B
nd)
20.
2.
zu
af
8

9

bus

67

66

o

o

64

63

62

19e

s

abo

o

ai)


20.

2.

ru

af

8)



1. Jo. Bernh. Hahn ^{mythica} introducitur generalis in Pentateuchum Mo,
Jo. Regiom. 1737.
2. Jo. Deutschmann de Spiritu Sancto hospite pentecostali Lucianus
in Paradiso Gen. 11. III. recitata nobisque tradita Witteb 1692
3. Jo. And. Mich. Nagelii Observationes in Gen. 1. 2. Hel. 1742.
4. Math. Killerus de opere secundi diei ad Gen. 1. 6. 7. 8. Tubing 1770
5. Carp. Löfcheri consilium DEI circa hominis creationem. ad
Gen. 1. 26. 1697 rec. Witteb 1704.
6. Christo. Math. Plaffius de prima et benedictione et lege divina:
creatae et multiplicatae ad Gen. 1. 28. Tubing 1742.
7. Idem de hexaemeri operis die septimo abfolato, huiusque
sanctificatione ad Gen. 1. 2 Tubing 1742.
8. Jo. Herm. Beaunerus de tentatione in Paradiso Georg 1745
9. Christo. Timoth. Sidelius de primo primorum hominum peccato
Kelms. 1748
10. And. Hellmannus de duplici vestitu primorum hominum ad
Gen. 11. 7. 21. Gottarb. 1744.
11. Jac. Wibh. Senulinus de Adamo, e sola illa arbore adepturo cogit,
tionem boni et mali ad Gen. 11. 22. Götting 1745.
12. Jo. Guil. Hick de Cherubim Paradisi ad Gen. 11. 24. Witteb 1720.
13. Carp. Jac. Ruth de fide matris patientium in virum se,
honorem ad Gen. 18. 1. Erl. 1740.
14. Jo. Friedr. Zolt unius Extrahungarum cum Gradulatu ubi
de vestis Gradibus ad auctorem non idem. Farsow. de 1749
ad Gen. 11. 1. Jen. 1749.
15. Nicol. Pancius de colloquio Caini Witteb 1694.
16. Jo. Christo. Orllobius de figis Caini ad Gen. 11. 18. 1711
17. Jo. Cyprianus de propagando evangelio ad Gen. 11. 26. 1719.

18. Nid. Guil. Schröderus de primis cultus publici divini institutione
Narp. 1745.
19. Aug. Pfeifferus de Henoch ad Gen. 11. 22. 23. 24. Witib 1670
20. Jo. Henr. a Seelen examen hypothesarum de diluvio aenigmatico
Hoff 1725
21. Jo. Rud. Osiander de sensu verborum Gen. 11. 5. coll. 1. 2. 24.
Subing. 1719
22. Hern. Jac. Lapis de poenitentia BEO adserta ad Gen. 11. 6.
Griphiswald 1747.
23. Georg. Harsdörfer Pöpenbrunn, evonia amigra Pötya von dem Pöpenbrunn
zu Wabul und der Daniel in die Götter Pöpenbrunn
gelangt werden. Laub. 1742.
24. Matth. Hiplerus de antiquissima gigantum gente eorumque
sedibus ad Gen. 11. 6. Subing 1701.
25. Jo. Val. Stegmayer de Abrahamo peregrinante cum femine
sua. Jen. 1714.
26. Georg. Friedr. Nihengki de tribus viris Abrahamo appa-
rentibus ad Gen. XVIII. 1. Hoff 1707. Supra. 1711
27. Jo. Rud. Kieseling de divinis Abrahami hospitibus ad Gen.
XVIII. 1. 2. 3. Hoff 1740
28. Jo. Saubertus de statua falsi et Lotii ex Sodoma
egressu. Hellhoff 1660.
29. Christ. Friedr. Bauer de domini ad Abrahamum juramento
ad Gen. XXII. 16. Luc. 1. 54. 55. 69-75 et Hebr. 11. 19.
Witib 1746
30. Jo. Henr. a Seelen de Abrahamo et Jacobo Patriarchis
viduis ad Gen. XXIII. 1-19. XXXV. 19. 20. Lab. 1711.
31. Aug. Pfeifferus de Theraphim fidei Labari. ad Gen. XXXI.
Witib 1663
32. Theod. Christ. Blichenthalius de gloria Angeli federis cum Jacobo
collocantis ad Gen. XXXII. 24. Lab. et Hoff XII. 4. Regiom. 1714.

ad Gen. XXVI, 2. 3. 4. Lips 1744.

35. Genr. Henr. Jotius de quibusdam num. Pharaos opera Josephi ad veram
culturam perducimus fuerit. Lub. 1712.

36. Aug. Potelius de Jipho Josephi diuiniatoris ad Gen. XLV, 5. Ferg. 1725

37. Georg. Dau. Kipke de integritate Cap. XLVI Genes. contra Schultfordi
Hal. 1744

38. Christo. Henr. Zeibichius de sepultura in terra sancta a Josepho ad
Josepho patriarchis iuribundi expetita ad Gen. XLVIII, 29. 30. 31
XLIX, 29. 30. 31. 32. L, 5. 24. 25. Hebr. XI, 21. 22. Willeb 1744.

39. Jo. Christi. Enigh de manu dextra honoratione ad Gen. XLVIII, 14.
Lips 1707

40. Gurb. Friedr. Zacharias de ritibus scholasticis Iudaeorum ad Gen.
XLIX, 10. Hiloe 1745

41. Theod. Kofalus de Naphthalitide patria Apostolorum ad Gen. XL
H. Brem. 1724.

42. Jo. Friedr. Trischii notae in Josephi Torelli animaduersiones
in Exodi librum et LXX. graecam interpretationem Lips 1746

43. Friedr. Wich. Krafft de pietate obsequium qua dicitur domos
diuisus exfluente aedificasse Israelitis ad Exod. II, 20. 21. Gen
1744

44. Christo. Aug. Heumannus de Pseudothamaturgis Pharaonis 1744
rec. Jen. 1745

45. Bernh. von Sünden specus sanguinum ad Exod. IV, 15. 16.
Region 1713

46. Jo. Silemann Schenk de altellis facris et profanis Henr.
1743


47. Christo. Henr. Zeibichius de mysterio carnis asae in nocte
naphthalis prima concessae ad Exod. XII, 8. 9. Willeb 1744


48. Christi. Henr. Frömel de angelo exterminatore ad Exod.
XII, 29. et Ps. LXXVIII, 49. Jen. 1685.

49. Christi. Salmans de transitu Israelitarum per mare rubrum
Ged. 1702

- xxiii, ao. xl. 22. Gryphiswald. 1752.
51. Josias Hens. Epitius de candelabris Trophæis admirabilibus Mach. rã ejusdemque positi in sancto. pag. Eyd. xxv, 31-30 et Num. VIII, 2. A. Jen. 1708.
52. Georg. Adolph. Mehnert de חֲזֵקוֹתַי תִּיבָה - שֵׁסֶס אֲרֵבֶנְיָה תִּרְבֵּס ad Eyd. pag. xxviii, 30. Lips. 1745.
53. Casp. Neumannus de geminis Prim et Phumina ad Eyd. xxviii, 90. et de ubo Samariae obsessae. ad 2 Reg. VI, 25. Lips. 1709.
54. Jo. a Haritz de oratione sacerdotum ad Eyd. xxviii, 41. Lugd. Batav. 1692.
55. Jonas Wahlen de Schirin ad Levit. xviii, 2. 2 Chron. xl, 15. Jes. xiii, 21. xxxiv, 14. Gattab. 1744.
56. Jos. Lud. Nagel de fundamento matrimonii inter coni. principios ad Levit. xviii, 11. Rostack. 1744.
57. Jo. Mich. Langius de nuptiis per jus naturae, divinum, caeterisq. officinae prohibitis. Heltof. 1709.
58. Andr. Boberg de manipulo primitiarum uespis ad Leviticus. xxiii, 10. spf. 1720.
59. Jo. Christ. Buckius de anno hebraeorum jubilaeo ad Leviticus. xxv, Wittab. 1700.
60. Jo. Bernh. Hahn de anno Jubilaeo hebraeorum ad Leviticus. xxv. Wittab. 1744.
61. Septus penitentialis ducatus magisburgensis in iudis ep. Leu. xxv, 20, 24 et 2 Cor. v. 20-21. propofiti. Magd. 1715.
62. Georg. Roebius de Corae, Sathais, Abirani et Oni de sepulchris ad inferos ad Num. xvi. Lips. 1607.
63. Christi. Kortholus de virga Aarons florida ad Numeros. xvii. Hil. 1674.
64. Christ. Gott. Friedr. Wolff de libro recti et bellorum. ad Num. xxi, 14. Jos. x, 10. 2 Sam. i, 18. Lips. 1722.
65. Franco Wokelius de mercede dicuntoria Wittab. 1724.
66. Christi. Pontagius de liquis Sibiria ad Num. xxv, 1.

et Mey 1710. ...
68. Jo. Rud. Kreslingus de judaico ad faciliorem zelotiziam promo-
catis Lipsi 1746
68. Idem de judaico explorari veritatis contra semetipsum teste
ad Deuterom. xxviii, 64. 65. Lipsi 1748.





51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

60.

61.

62.

63.

33.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGVRALIS

SISTENS

GLORIAM ANGELI FOE-
DERIS, CVM IACOBO
COLLVCTANTIS,

*EX GENES. XXXII. 24. sq. ET HOS. XII. 4. sq. ADSERTAM,
ET A DVBIIS ANONYMI ANGLI
VINDICATAM.*

CVIVS PARTEM POSTERIOREM
CONSENTIENTE VENERANDO THEOLOGORVM ORDINE,
PRO LOCO

PROFESSORIS THEOLOGIAE IN ACADEMIA

ALBERTINA EXTRAORDINARII,

A. D. VIII. SEPTEMBRIS A. R. S. clō Is cc XLIII.

HORIS ANTE MERIDIEM VIII. XI. ET POST MERID. II. VI.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBICIT

THEODORVS CHRISTOPH.
LILIENTHAL,

PHIL. ET S. THEOL. DOCT. ET REG. ALVMN. INSP. SECVND.

RESPONDENTE

GEORGIO WILHELMO AVGAR,
S. THEOL. CVLTOR.

REGIOMONTI, TYPIS REVSNERIANIS,

PATRIAE PATRI,

*Augustissimo, Serenissimo ac Potentissimo
Principi ac Domino,*

DOMINO

FRIDERICO II.

BORVSSIAE REGI,

MARCHIONI BRANDENBURGICO,

S. R. I. ARCHI-CAMERARIO ET PRINCIPI

ELECTORI,

SVPREMO SILESIAE DVCI, SVPREMO ARAVSIO-

NENSIVM NEOCOMENSIVM ET VALANGI-

NENSIVM PRINCIPI,

etc. etc. etc.

REGI AC DOMINO SVO LONGE,
CLEMENTISSIMO,

DISSERTATIONEM
HANC THEOLOGICAM
INAUGVRALEM
CVM VOTO ARDENTISSIMO
OMNIGENAE
ET
PERPETVAE FELICITATIS REGIAE
SVBMISSA MANV GRATA MENTE
CONSECRAT

Servus subiectissimus

THEODORVS CHRISTOPHORVS LILIENTHAL.



§. XIX.

Quot momenta Moses in relatione sua de lucta Iacobi commemorat, tot fere in eadem deprehenduntur tela, quae commentum illud, de Emissario Esau ad pugnam ablegato, conficiunt. Praeuidet illa Auctor noster, et ne noceant, omnem ingenii quo pollet aciem adhibet, quo arcem causae suae contra illa praemuniat. Initio quidem placida illa et amica Esau receptio, qui *occurrentes obuiam Iacobo, amplexus est eum, et ruens in collum eius deosculatus est eum*, Gen. XXXIII. 4. plane conciliari nequit cum proposito, quod paulo ante habuisse dicitur, interficiendi fratrem. Ipse Auctor, euentum hunc eo magis mirabilem esse, concedit, quo minus sperari vel exspectari potuerit; sed singulari Summi Numinis gubernationi, qua corda hominum flectit, illum acceptum referre, religioni sibi ducit, ne scilicet praeter necessitatem miraculum statueret. Deum hic nihil fecisse arbitratur; omniaque ita accidisse censet, secundum consuetudinem illam ubiuis receptam, qua lites difficiles et maximi momenti per Monomachias discerni solebant, adeo ut ciuiles quoque causae hac ratione haud raro decisae fuerint, si forte iudices in ferenda sententia inter se conuenire nequiuerint. Instituti vero huius originem deriuat, a doctrina Orientalium de fatali rerum omnium necessitate, cui nemo resistere posset, ita ut frustraneum illud, imo impium prorsus putauerint facinus, si quis ex tali monomachia inferior discedens, amplius quid tentare uoluisset contra aduersarium: quum tali facto demonstraret, se contra immutabile Dei decretum pugnare uelle, quippe qui nunquam non iustae causae victoriam decerneret. Quum igitur eiusmodi consuetudinis vestigia in historia quoque sacra occurrant (*); inde colligit, Esauum, postquam a nuncio suo infelicem luctae cum Iacobo

H
institutae

institutae audiisset exitum, tandem consilium de persequendo fratre abiecit, nihil iam reliquum sibi esse arbitratus, quam ut immutabili decreto diuino subscriberet, eumque amice reciperet, qui coelesti fauore suffultus, victoriam in lucta obtinuerat.

(*) Prouocat nimirum ad historiam Goliathi, 1 Sam. XVII. 8. 9. inueniendam, qui proinde vocetur **איש הכניס** *vir medietatum* siue *interpositionum*, qui interponere se consueuerit, quo decideret lites et dissidia gentium. Quod vero nec ipsa Ebraeorum gens a tali methodo finiendi controuersias abhorruerit, ex 2 Sam. II. 14. patere autumat: ubi in bello Dauidis cum Ischbosetho, duodecim vtrinque delecti leguntur iuuenes, qui inter se confugerent.

§. XX.

Admiranda omnino videtur tam subita, quae in Esau animo contigit, intentionis mutatio; est miraculosa ideo dicenda non est. Eadem enim gratia diuina, quae in hunc usque diem corda hominum absque miraculo flectit, ut missio priori consilio, contrarium plane intendat; illa et odium Esau breui tempore in amorem conuertere potuit (*). Quemadmodum igitur nulla nos vrget necessitas, ut a recepta historiae huius explicatione recedamus; ita facile quoque ostendi potest, longe maioribus Auctoris sententiam laborare difficultatibus. Non quidem plane negamus Monomachiarum antiquitatem; quamuis exempla ab auctore excitata longe recentiora sint, quam Iacobi lucta. Est, tales praecise in eiusmodi duellis obseruatas esse leges, ut nobis persuadere conatur Auctor, admodum improbabile videtur. Certe ex utroquo S. Scripturae loco, ubi monomachiae cuiusdam mentio fit, satis apparet: illos qui in eiusmodi certamen mutuo consensu descenderunt, procul abfuisse a sententia illa, quasi ipsis, aut amicis suis, pro quorum salute

salute dimicabant, finita monomachia non amplius liceret denuo inuadere hostium exercitum (**). Et licet in historia profana quaedam occurrant exempla, in quibus utraque pars, euentum certaminis pro decisione controuersiae suae habens, ab ulteriori praelio abstinuit; vnica tamen haec circumstantia minime sufficeret, ad probandum, quod Esauus quoque se ad hanc consuetudinem accommodauerit. Toto potius coelo differunt monomachiae veterum, et lucta Iacobi. Si quando ex utroque exercitu quidam ad monomachiam fuerunt electi, quo lites inter integras nationes subortas dirimerent; ratio eius potissimum fuit, quia metuebant, ne, quum aequo Marte et paribus vtrinque certarent viribus, vnus exercitus alterum ad internecionem extingueret, neuter vero victoriam reportaret. Hinc utraque belligerantium pars, peculiari pacto nunquam non consentiebat in futuram monomachiam, in qua non ludebant, sed rem seriam agebant, qui ad illam delegati erant, armis nempe pugnando. Raro ipsi Duces exercitus hac ratione inter se configere solebant: nunquam vero Imperator ex vna, et inferioris ordinis miles ex altera parte. Pugna denique publice semper instituenda erat, praesente utroque exercitu. Quis non videt, ne vnica quidem in tota historia luctae Iacobi, similem occurrere circumstantiam? Non sane dubius videri poterat Esauo exitus praelii cum Iacobo inituri. Ille enim quadringentos comites habebat robustos; Iacobus autem nonnullos tantummodo seruos, in re rustica potius quam militari exercitatos. Quis facile crederet, Esauum qui viribus superior erat fratre, dubiam monomachiae expectare maluisse fortunam? Et si vel maxime id probari posset de Esauo; nunquam tamen in monomachiam consensisset Iacobus, qui longo itinere, et anxiiis curarum et laborum mole-

stis defatigatus, ad nihil minus idoneus erat, quam ad tale certamen. Deinde, hic non armis inter se dimicant, Iacobus eiusque antagonista; sed luctantur, corpore scilicet, pedibus et brachiis. Verbum enim פָּדַח significat puluerem mouere, vel in puluere se volutare, more luctatorum. Imo ne quidem colluctantur pares, non seruus cum seruo, non Imperator cum Imperatore; sed, ex Auctoris nostri sententia, Iacobus cum seruo Esau, qui non ex pacto; sed inexpectatus, non bona fide praesentibusque testibus; sed noctu, clam atque remotis arbitris, ceu sicarius illum adoritur. Tandem, nec tanta erat Esau pietas, ut in eo quod Deus decreuerit, acquiescere voluerit. Non ignotum ipsi erat oraculum illud diuinum Gen. XXV. 23. Sciebat, se vendita primogenitura simul amisisse praecminentiam illam, quae alias primogenitis competebat. Sciebat praeterea, quantas praerogatiuas Pater in benedictione sua Iacobo concesserat; quam benedictionem, ut ipse concedit Auctor, irreuocabilem, et in coelo ratam habitam credidit. His non obstantibus, tanquam *Ἰσομαχος*, eum occidere conatur, quem immutabile decretum diuinum vitae et felicitati destinauerat. Quae igitur noua iithaec illum incessit religio, ut post infelicem Emiffarii sui monomachiam, contra Deum pugnare desierit, eo tempore, quo impotentia et metus Iacobi, ac omnes reliquae circumstantiae, certissimam ipsi promittebant victoriam? Si vero fatalem credidit rerum necessitatem, (quod tamen absque probatione concedendum non est:) cur non statim post infaustum monomachiae exitum, in terram suam rediit, quod ii facere solent, qui de optato expeditionis suae successu desperant? Quae fuit ratio, quod tam amice, tam placide exceperit fratrem, cuius conspectum pudore percussus fugere potius debuisset? His accedit, quod, quum
in

in Iacobum incideret, vix rescire potuerit, victorie an victus fuerit nuncius ad monomachiam ablegatus. Lucta enim duravit vsque ad auroram. Oriente sole Iacobus Pnilem praetergressus, traiecit torrentem Iaboc, quo ad suos rediret. Quod quum factum esset, illico videt Esauum obuiam sibi venientem. Ex omnibus hisce facile colligitur, quam infirmo et debili fundamento nitatur paradoxon illud, de lucta Iacobi cum Esau emissario, ex legibus monomachiae explicando.

(*) Obseruauimus §. XVIII, admodum probabile esse, quod Esauus non malo consilio, nec animo nocendi, obuiam iuerit Iacobo. Hoc si concedatur, ne quidem tam subitanea fuit illa cordis Esau mutatio, vt communiter concipitur. Salm momentanea non fuit. Posito enim, Esauum reuera interficere voluisse fratrem; non tamen absque multis deliberationibus, consilium hoc suum mutauit. Occurebant ei nuncii a Iacobo ablegati, qui bona verba ipsi dicerent. Occurrebant diuersi greges, quos dono ipsi mittebat frater. Hinc tantum temporis intercessit, antequam in ipsum incideret Iacobum Esauus, vt interea ira eius paulatim deseruescere potuerit. Ferreus plane fuisset, si tanta submissione fratris, qui nil magis in votis habet, quam reconciliationem, qui munera non contemnenda ipsi donat, in fraternae caritatis tesseram, qui veniam quasi ab ipso petit, imo qui seruum se eius profitetur, licet in benedictione paterna herus eiusdem constitutus esset, se emolliri non fuisset. Patet ergo, Deum quidem cor Esau inclinasse ad amicitiam cum fratre restaurandam; non tamen miraculose, (miracula enim temere fingenda non sunt,) sed per motiua, quae ipsius successiue animo repraesentabantur, et mitiora consilia inspirabant.

(**) Dicit quidem Goliathus 1 Sam. XVII. 8. *Seligite vobis virum, qui descendat ad me. Si praeualebit pugnando contra me, ita vt percutiat me, vtiq; erimus vobis serui: sin autem ego praeualuerit ei, ita vt percutiam eum, vicissim eritis nobis serui, omnino seruietis nobis.* Ast quum inuincibilem se crederet, ne quidem cogitabat futurum esse, vt conterranei sui seruire deberent Israelitis. Hinc

terrorem modo panicum incutere volebat Israelitis, prouocatione tam insolenti, quo illos eo facilius deinde vincere possent Philistaei. Imo nec Philistaei, nec Israelitae, in conditionem certaminis consenserunt. Illi enim, caeso Goliatho, non seruos se professi sunt Israelitarum; sed fuga saluti suae consulere tentarunt. Hi vero, illos in fuga persecuti, magnam eorum vim trucidarunt. Ex historia vero 2 Sam. II. 14. sq. ubi duodecim Ioabi milites, totidemque ex Abneri castris, inter se dimicasse leguntur: nihil aliud consequitur, nisi quod tum temporis, non inusitatae fuerint eiusmodi monomachiae, ante ipsius praelii mox ineundi initium; quae tamen non decretoriae fuerunt, sed prolusoriae. *Conf. Observ. Hallens. T. IX, Obs. IV, de variis Duellorum generibus §. 19, 20, p. 119. sq.*

§. XXI.

Aliam sibi format obiectionem Auctor: nimirum, tantam femoris luxationem, qualem passus est Iacobus, per simplicem contactum viresque hominis impossibilem esse; quum ex anatomicis constet, os femoris non solum in profundo contineri acetabulo coxendicis, sed cum illo quoque connecti diuersis ligamentis et musculis, ut adeoque colluctator Iacobi, qui acetabulum femoris eius tetegit, merus homo dicendus non sit. Ad haec in genere respondet, tantam non semper ad luxationem requiri vim: quum saepius accidat, ut solum corporis pondus hunc effectum producat. Deinde vero plane negat, disunctionem acetabuli femoris factam hic esse. Iacobum enim statim post luctam, equidem claudicasse, attamen ambulare potuisse, quod, si veram luxationem passus fuisset, ob maximos dolores, qui inde consequi solent, impossibile plane fuisse censeret. Inde porro colligit, contactum colluctatoris nil nisi leuem effecisse femoris contusionem, facili negotio sanandam; maxime quum in sequenti historia Iacobi, nulla claudicationis eiusdem mentio fiat. Nec repugnare putat relationem Moysis, Gen.

Gen. XXXII. 26. 33. וירגז כי לנת יכר לו ויגע
 בכף-ירכו ותקע כף-ירך יעקב: על כן לא-יאכלו בני-
 ישראל את-גיד הנשרה אשר על-כף הירך עד היום
 : Si modo ri-
 te intelligantur verba (*), quae sequentem in modum in-
 terpretatur: *And when the Man perceived, that he could not
 prevail, he did furiously strike Jacob upon the flat part of the
 Thigh near the Inguen, and the flat part of Jacob's Thigh was
 bruised. Therefore to this Day, the Children of Israel eat of
 no Flesh, which is about the flat of the Thigh, in Remembrance
 of Jacob being treckerously wounded on the like part of his
 Body.* Nimirum, vt sibi luctam hanc concipit Auctor, col-
 luctator Iacobi initio quidem obseruauit leges, in eiusmodi
 monomachiis vsu receptas, quibus omnes ictus in luctatione
 prohibebantur. Quum vero vidisset, se ei hac ratione mi-
 nime praeualere, violatis dictis legibus, vel pugno, vel
 pede grauiter percussit femur Patriarchi; qui tamen hac op-
 portunitate vsus, in terram illum deiecit, adeoque victor
 euasit.

(*) Auctor hic genuinam verborum sensum, non e texto eruit; sed
 in illum infert, dum singula fere verba in alium torquet sensum,
 quam in quo vulgo occurrunt, quo modo cum hypothesis sua
 conciliari queant. Etenim 1) verbum נגע non solum signifi-
 care potest *tangere*; sed etiam *vulnerare*, vel *violenter percutere*.
 Gen. XXVI. 29. Psalm. LXXIII. 14. Ies. LIII. 4. 2) Vocem
 כף non cauitatem quandam denotare dicit; sed rem, quae non
 obstante tantilla curuatura, plana potius dicenda sit, quam cur-
 ua. Hunc significatum tribuit radici כפף, v. g. Mich. VI. 6.
 אכף לאלהי מרום quae verba non vertit: *numne incuruabo me
 coram Deo excelsio*; sed *numne prosternam me coram Deo excelsio*: allu-
 sione facta ad morem Orientalium, qui non tantum incuruare
 se, sed plane prosternere solebant, si quem colere vellent. Ita
 et Psalm. LVII. 7. כפף נפשי incuruata, vel potius *deiecta est ani-*
 ma

ma mea. Similiter Pf. CXLVI. 8. יהור זקה כפופים *Iehoua erigit incuruatos*, siue *deiectos*. Quum igitur ab hac radice deriuetur קה, vocem hanc superficiem planam significare putat, v. g. Ios. III. 13. vbi de planta pedis, et Ezech. XXI. 14. Thraen. III. 41. Efaiae I. 15. vbi de palma manus, occurrit. Ex iis vero, vbi curuum quid designare videtur, locis, Num. VII. 14. 84. 86. Cant. V. 5. significatum vocis determinari posse, negat, propterea, quod structuram vtensilium ibidem memoratorum nesciamus. Concludit tandem, etiam hoc loco per קה יר planam partam femoris intelligendam esse, iuxta versionem τῶν LXX. καὶ ἡψᾶτο τὴν πλάτην τὴν μερῶν αὐτῆς. 3) Illis calculum suum denegat, qui verbum יקע per *luxari* interpretantur: quum verbum hoc metaphorice odium et auersationem denotet, in sensu vero litterali raro occurrat. Solutionem vero continui hac voce indigitari, ex Num. XXV. 4. 2 Sam. XXI. 6. colligit. Quum enim notante Grotio, suspensio ex more Hebraeo requirat, vt aliud supplicium praecedat; verbum יקע ibidem non proprie suspensionem denotare autumat; sed lethalem vulnerationem. Iterum prouocat ad versionem τῶν LXX. qui vocem וקע reddunt καὶ ἐνείκησε, qua voce nihil aliud indigitetur, quam difficultas motus. 4) Per vocem ניר solum hic intelligendum non esse credit neruum cruralem, vel aliud ligamentum, quippe qui non tam delicati essent, vt posteros Iacobi ab eis abstinuisse, mirum sit. Omnes potius hoc vocabulo designari existimat musculos femoris, cum suis neruis et tendinibus, imo totam carnem circa acetabulum coxendicis. Tandem 5) propriam vocis נשור notionem esse arbitratur, *foenerari* Exod. XXII. 25. Deut. XXIV. 10. 11. 2 Reg. IV. 1. 7. Pf. CIX. 11. Es. XXIV. 2. L. 1. Ier. XV. 10. Inde vero deriuandum esse significatum improprium, quo denotet, more foeneratorum *opprimere*, *vexare*, *euertere*. Cet. Deut. XXXII. 18. Iob. XI. 6. Pf. LXXXVIII. 13. LXXXIX. 23. Es. XLIV. 21. Ier. LI. 30. Thraen. III. 17. Vt adeoque non opus sit, vt per נשור ניר intelligatur solus ille neruus cruralis, iungens os femoris cum acetabulo.

§. XXII.

§. XXII.

Et si ex sola luxatione Iacobi nondum sufficienter probari posse, facile largiamur, illum qui eandem effecit, merum hominem non fuisse; non tamen praetermittenda est haec circumstantia, quum idem vterius confirmet, quod ex aliis luculentius euinci potest argumentis fortioribus. Nec obstat, quod subinde solum corporis pondus sufficiat, ad efficiendam luxationem: quod enim per concussionem totius corporis possibile est, id non statim effici potest solo membri cuiusdam contactu. Recte igitur concludimus: qui solo tactu luxationem corpori alterius inducere potest, ille maiores, quam alias homines habere solent, possidet vires. In quo argumento, non prorsus impossibile esse dicimus, quod luxatio Iacobi ab homine quoque effici potuerit; sed negamus saltem, solo tactu fieri idem potuisse, siue in totum exciderit caput ossis femoris ex acetabulo, siue, quod probabilius videretur, aliqualis tantummodo Iacobo contigerit luxatio facile sananda. Nimirum si causam claudicationis Iacobi ita nobis concipiamus, vt dicamus, colluctatorem tetigisse et acetabulum femoris Iacobi, et ligamentum illud, siue externum orbiculare, siue internum in ipso acetabulo contentum, quod teres dicitur, siue vtrumque simul; adeo vt extensis ligamentis, simul caput ossis paululum recesserit ab acetabulo, licet non plene exciderit (*): tunc omnia plana erunt et perspicua. Nam hac ratione non prorsus impossibile fuit Iacobo, pedibus incedere. Licet enim acutum sine dubio ob extensionem ligamentorum sensit dolorem, ita vt non sine difficultate ambulauerit; necessitas tamen postulabat, vt optime quo poterat, ad suos rediret, qui alias nesciuissent, quid ipsi factum esset, nec opem ipsi ferre potuissent, si vltra torrentem remansisset. Quumque a tali luxatione, qualem

I

illam

illam descripsimus facile sanari potuerit (**), imo probabiliter reapse sanatus sit, antequam veniret ad Esauum (***) : intellectu proclive est, cur in sequenti eius historia, nulla claudicationis eius mentio fiat. Imo, si vel maxime statuamus, plenariam hic Iacobo contigisse luxationem : nonne is, qui eidem in ipsa lucta vires addidit resistendi, etiam post luctam tot vires, quot ad ambulandum requiruntur, largiri, imo vnico momento illum sanare potuit ? Hoc sane certum est, talem, qualem Auctor fingit femoris Iacobi percussionem, ex relatione Mosis, cui manifestam vim infert, nulla ratione intelligi posse. Verbum quidem *ננ* subinde denotat *violenter percutere, vulnerare, laedere* ; in genere tamen significat *tangere* : nam qui vulnerat aliquem, ille eundem quoque tangit. Nullam vero hic video necessitatem, cur misso generaliori significato, specialiorem adhibere debeamus. Interim non valde repugnabimus, si quis verbum hoc per *laedere* interpretari maluerit : reapse enim colluctator Iacobi ligamentum illud quodammodo laesit, dum illud non quidem percussit, (hoc enim in gratiam hypotheseos suae, absque vlla probatione adsumit Auctor) ; sed tetigit. Deinde vero, vocabulum *ק* non superficiem planam, sed curuum quid denotare, tam certum est, quam quod omni fere vacat dubio (†) ; vt adeoque in nostrō loco, per *ק יר* commodissime intelligatur curuum illud et concavum femoris acetabulum, quod dum tetegit colluctator Iacobi, ligamenta ibi inuenienda simul extendit. Vnde non plane a vero sensu aberrant LXX. dum verba ita vertunt : *καὶ ἠψάθη τὴν πλάτην τὴν μετὰ αὐτοῦ, et tetigit LATVM (ligamentum) femoris eius, h. e. magnum, talis enim reuera est ligamentum orbiculare (††). Nec opus est, vt consuetum verborum *ק* et *יר* significatum derelinquamus. Radix enim *ק* in genere*

genere quidem denotat solutionem continui, non tamen quamlibet; sed talem, qua aliquid de loco suo proprio recedit, vt v. g. articulus ex iunctura sua, cui accommodatus est (†††). Vocabulum autem גיר nullibi carnem, vbiuis neruum, tendinem vel ligamentum significat (*†): vt adeoque etiam hic ligamentum intelligendum sit. Quale vero hoc fuerit ligamentum, ex addito vocabulo הנשור colligi potest, illud scilicet, quod iungit os femoris cum acetabulo, vnde tum temporis sine dubio nomen proprium גיר הנשור sortitum est. Verbum enim נשור proprie designare videtur *iungere*, non vero *opprimere* vel *euertere* (*†*). Patet hinc, incommodum imo absurdum prouenire sensum, si verba הנשור כי ננע בכף ירך יעקב בגיר הנשור vt Auctor noster putat, vertenda essent: *quia percussit partem planam femoris, carnem nempe vulneratam*. Collectator enim Iacobi non violenter percussit femur eius; sed tetigit: non tetigit planam partem femoris; sed acetabulum: non totam carnem; sed ligamentum tantummodo: non ligamentum vulneratum; sed sanum, quemadmodum Iudaei quoque, non solum abstinent a neruo coxendicis laeso, sed sano quoque. Tota igitur corruet Auctoris assertio, qua Emissarium illum contra leges luctae ordinariae, Iacobi femur percussisse, putat. Nam si tanquam hostis adortus est Iacobum, nescio cur certas leges in monomachia obseruare voluerit? Si vero nullis obseruatis legibus in terram illum deiicere voluit, supplantare eum potius debuisset, quam femur eius percutere. Tandem si reapse femur percussit, ictus ille vel grauis fuit, vel leuis: si grauis, collectator Iacobum potius in terram deiicere potuisset, quam hic illum; si leuis, Iacobus postea non claudicasset. Vt taceam, nullo plane probari posse argumento, quod percussio illa femoris, victoriae Iacobi causa fuerit.

(*) Vtrumque factum esse, patet ex v. 33, vbi colluctator Iacobi tetigisse dicitur non solum ככה ירך acetabulum femoris; sed etiam בניר הנשר ligamentum illud, quod iungit os femoris cum offe ischi. Inde vero non potuit non consequi aliqualis saltim dis-iunctio ossium, quae v. 26. expressis verbis indigitatur: ותקע כף-ירך et recessit acetabulum femoris.

(**) An femur luxatum sanari queat, disputat AVR. CORN. CELSVS, de Medicina Lib. VIII. Cap. 20. p. m. 585. Magnum, inquit, femori periculum est, ne vel difficulter reponatur, vel repositum rursus excidat. Quidam semper iterum excidere contendunt; sed Hippocrates, et Diocles et Philotimus et Nileus et Heraclides Tarentinus, clari admodum auctores, ex toto se restituisse memoriae prodiderunt. Neque tot genera machinamentorum quoque, ad extendendum in hoc casu femur, Hippocrates, Andreas, Nileus, Nymphodorus, Protarchus, Heraclides, faber quoque quidam reperissent, si id frustra esset. Sed ut haec falsa opinio est; sic illud verum: cum ibi valentissimi nervi musculique sint, si suum robur habent, vix admittere ut reponatur; si non habent, repositum non continere. Tentandam tamen esse femoris luxati repositionem in sequentibus, pronunciat. In istis vero casibus, vbi ossa paululum inter se recesserunt, tantum abest, ut sanationem impossibilem dicat, ut ad curationem nihil praeter repositionem ossis et quietem corporis requirat. Imo HIPPOCRATES, Libr. de Articulis Cap. 5. Opp. T. II. p. 761. de recentibus luxationibus adfirmat, quod citius incidant, quam quis putare possit, et priusquam extantiae esse videantur.

(***) Sunt, qui hoc probare contendunt ex Gen. XXXIII. 18. ויבנה יעקב שלם עיר שכם quae verba, monente GEORG. CHRIST. DACHSELIO, in Bibl. Hebr. Accent. ad b. l. p. 201. ita vertenda sunt; et venit Iacob incolumis in civitatem Sichem. Conf. IOH. HENR. HEIDEGGERI, Histor. Patriarch. Tom. II. Exerc. XIII. §. 7. p. 246. Quum vero verba ista, melius ad immediate praecedentia referenda videantur, q. d. venit Iacob incolumis a laesione Esau, in civitatem Sichem: tutius idem colligitur ex ipsius historiae circumstantiis. Nam si adhuc claudicasset Iacobus in congressu cum Esauo, hic sine dubio rationem eius interrogasset: ipse Iacobus vero inde novum praetextum desumere potuisset, quod fratrem comitari nequiret. (†)

(†) Quod verbum כָּפַף incuruare se denotet, clarissime patet ex Ies. LVIII. 5. vbi hypocritae dicuntur incuruare caput instar iunci: iuncus vero, dum a vento agitur, omnino flectitur et incuruatur. Ex eadem ratione Iudaei litteras כִּמְנַפֵּץ vocant כִּמְנַפֵּץ אִתְיוּרָא *curuas inflexas*. Non obstant ergo loca ab Auctore allegata: nam a semel demonstrato verbi cuiusdam significato, sine ratione recedendum non est. Et si vel maxime Mich. VI. 6. alludatur ad consuetudinem Orientalium: etiam tunc significatus *incuruandi* retinendus erit. Nam ita in terram sese prosternunt Orientales, vt in genua procumbentes caput in terram deprimant. Nec in loco Ps. LVII. 7. idem significatus incuruandi derelinquendus est. Non enim plane *deiecta* erat anima Dauidis, quasi desperabundi; sed *incuruata* tantum h. e. adflicta. Similiter Ps. CXLVI. 8. Deus dicitur erigere *incuruatos* h. e. adflictos, qui prae moerore caput erigere nequeunt. Conf. et Ps. XXXVIII. 7. CXLV. 14. Ab hac radice deriuatur כִּפְרָה *ramus*, qui ita vocatur, quia curuus est et tortuosus: et vocabulum כָּף, quod significat *curuaturam manus*, in quam oleum infundere potest sacerdos, Lev. XIV. 15. 18. 27. *curuaturam fundae*, in quam silex reponitur, 1 Sam. XXV. 29. *curuaturam manus farina repletam*, 1 Reg. XVII. 12. *manipulum*, Cohel. IV. 6. Huc spectant etiam loca sequentia Prov. XVII. 18. XXII. 26. vbi de fideiussione, qua quis stipulata manu incuruata aliquid promittit, Psalm. CXXIX. 7. vbi de gramine in manu incuruat 1 messoris, 2 Sam. XVIII. 12. 14. vbi de argento in manum soluendo, et tribus hastis in manu Iobai sermo est: nec non phrasae illae, *portare animam in manu sua* Iud. XII. 3. 1 Sam. XXVIII. 21. Hiob. XIII. 14. Ps. CXIX. 109. *tradere in manum*, *eripere e manu alicuius*, Iud. VI. 13. 14. 1 Sam. IV. 3. Psalm. XVIII. 1. Cet. Manus enim, qua quis apprehendit rem quandam, incuruata semper est. Tandem et loca Num. VII. 14. 84. 86. et Cant. V. 5. significatum hunc vocabuli כָּף confirmare possunt. Licet enim veram structuram et usum vtenfilium ibi memoratorum nesciamus; curua tamen illa fuisse, ex descriptione patet. Nam כָּף illud, in priori loco, plenum fuisse dicitur thure: hinc non nisi vas concauum esse potuit, vt acer-

ra vel cochleare. Conf. 2 Reg. XXV. 14. Num. IV. 7. Exod. XXXVII. 16. In posteriori vero loco, Cant. V. 5. fera intelligitur: quis autem nescit, quot curvaturas habeat fera? Ex tot igitur locis, abunde patere existimo, כּף significare curvaturam quandam, siue magnam, siue exiguam. Quantum vero ad ista loca, in quibus ex Auctoris nostri sententia כּף superficiem planam denotare videtur, Ios. III. 13. Ezech. XXI. 14. Thren. III. 41. Esai. I. 15. quibus addi possunt Psalm. XLVII. 2. Exod. IX. 33. Deut. XI. 24. Psalm. CXXXIX. 5. cet. exinde nihil aliud colligitur, nisi quod ibidem non de pugno manus; sed de palma, vel etiam planta pedis sermo sit, quae tamen ita extendi nequeunt, vt nulla plane remaneret curvatura.

(†) Conf. Cl. IOSIAE VVEITBRECHT *Synthesmologiam Corporis humani, Petrop. 1742. editam, Sect. V. §. 6. p. 139.*

(††) In sensu litterali, vocabulum hoc occurrit Num. XXV. 4. 2 Sam. XXI. 6. 9. 13. vbi vsurpatur de suspendio, quod optime exprimitur forma verbi huius, ex conjugatione Hiphil et Hophal composita, v. g. הִקַּע לִי לִי לִי luxari fac i. e. suspende, et הִקַּענוּ לִי לִי luxari faciamus i. e. suspendamus eos. Nimirum apud Hebraeos illi qui lapidibus, obruti, vel alio supplicio interfecti erant, deinde haud raro in palum agebantur, adeo vt articuli cadaveris hac ratione distensi, ex iuncturis suis recederent. Conf. THEOD. DASSOVII *Diss. de suspendio hominis lapidibus obruti, Witeb. 1699.* Sic improprie quoque luxari, vel recedere a loco suo denotat verbum יקַע v. g. Ier. VI. 8. פִּן־הַקַּע נַפְשִׁי מִמֶּךָ ne luxetur anima mea a te. Deus enim ita quasi iunctus erat populo suo, vt articulus cum acetabulo. Conf. et Hes. XXIII. 17. 18. 22. 28. Nec ipsa versio τὸν LXX. ab hac notione vocabuli יקַע procul recedit. Si enim verbum ὑαγνῆν significat, non sine difficultate mouere se posse; hoc praedicatum potius quadrat in articulos et iuncturas ossium, quam vt Auctor putat, in carnem.

(*†) Per vocem גִּיד aliquid designari, quod ossibus adhaeret, et a carne et cute diuersum est, ex visione illa Ezechielis manifestum est, Ezech. XXXVII. 7. 8. *Quum itaque prophetarem, inquit, quemadmodum iussus fueram, fuit sonus me prophetante, et ecce concussio, appropinquantibus ossibus uno ad suum alterum. Deinde quum adspicerem*

adspicere **נְרוּוֹם** **עֲלֵיהֶם** **וְהָנִרָה** quod ecco super ea nervi et caro assurrexisset, et superindita esset eis cutis superne. Nihil igitur commodius per vocem hanc intelligitur, quam nervus vel ligamentum. Sic et Hiob. X. 11. **נִר** distinguitur a carne, quae tegitur cute, quemadmodum ossa iunguntur nervis et ligamentis. Conf. et Hiob. XL. 12. Ipsi Iudaei, quamvis nesciant, qualis praecise hic fuerit nervus, quem tetigit collector Iacobi; neruum tamen vel ligamentum intelligendum esse, praxi sua demonstrant; dum carnem illam, omnibus ligamentis et particulis nervosis studiose priuant, et sic illa vescuntur. Conf. CAMP. VITRINGA, Iun. in *Biblioth. Brem. Clas. I. Fasc. VI. p. 780. sq.* Quum igitur adhibita hac cautione, ipsa hac carne vescantur; patet vocem **נִר** nequaquam carnem indigitare posse. Plerumque tamen totam carnem illam musculosam vendunt Iudaei: non ideo, quod ipsis illam comedere non liceret; sed quia admodum difficile deprehendi possunt omnes particulae nervosae. Nec obstat, neruum vel ligamentum illud non tam delicatum esse, ut esu eiusdem prohiberi debuissent Israelitae: nam quum comedi tamen possit, consuetudo inualuit, ut non solum divites, sed pauperes quoque, in memoriam rei tam singularis, ab eo abstinerent.

(***) Vna est, inquit IOH. CLERICVS, in *Comment. in Genesin p. 251.* eaque certissima huius vocis interpretatio, quam EDM. CASTELLVS primus observavit. Nasan apud Arabas est nervus, sine tendo, qui per femur et crus ad talos fertur. Hic ergo tendo, qua est acetabulo vicinus, intelligitur, qui apud veteres Hebraeos **נָשָׁה** nasche vocabatur, et qui est circa coxendicem. Ab hac generali radice **נָשָׁה** significatu, quo iungere significat, coniuges vocantur **נָשִׁים**, quippe qui matrimonio iunguntur marito. Ita et radix cognata **נָשָׁה** subinde iungere denotat, v. g. Exod. XXX. 12. Num. I. 2. XXXI. 26. vbi construitur cum singulari **נָשָׁה** et significat, numerare singula capita. In numeratione vero unitas unitati iungitur. Ab eadem vero iungendi notione, deriuandus demum videtur significatus vsurae, qua lucrum iungitur lucro; quo spectant loca ab Auctore excitata. Quemadmodum vero quaedam verba actionem denotant, actioni quam proprie designant,

signant, prorsus contrariam, (v. g. **חטא** peccare, et expiare **ירש** possidere, et possessione eiicere); sic verbum **נשח** quoque et *itingere* significat, et *recedere a loco suo*, *oblivisci*. In obliuione enim nexus idearum desideratur, quae alias in mente nostra coniungebantur. Deut. XXXII. 18. Iob. XI. 6. LXXXVIII. 13. Ef. XLIV. 21. Thren. III. 17. In locis autem Psalm. LXXXIX. 23, et Ier. LI. 30. non radix **נשח** occurrit; sed **נשח** in priori, **נשח** vero in posteriori.

§. XXIII.

Restant adhuc quaedam in relatione Mosis de lucta Iacobi momenta, quae Auctor sententiae suae opponi posse, praecideret. Haec capite tractationis suae decimo considerat, eaque cum recepta hypothese conciliare studet. Colluctator Patriarchae ipse sibi vindicat nomen **אלהים** et **אד**, quo alias summum Numen insignitur. Ad hoc dubium Auctor regerit, nomen **אלהים** non nisi honorificam esse compellationem, cuiusuis generis hominibus, inprimis vero illis attributam, qui alios vel dignitate, vel robore, vel scientia anteirent: vt Anglorum *Sir* et *Master*, Gallorum *Monsieur*, Itatorum *Signor* et Latinorum *Dominus*. Addit, Deum non ex alia ratione hoc nomen gerere, quam ob potentiam suam, et quia omnium rerum creatarum est dominus, quamuis et alii eodem titulo insigniantur; adeo vt hoc sensu, serpens, dum protoplastos seduceret, iis promiserit Gen. III. 5. **עריש כאלהים ידעי טוב ורע** *eritis sicut Elobim scientes boni et mali*, h. e. eritis sapientissimi, maximaque rerum moralium et naturalium cognitione superbientes. Non alio sensu luctatorem se vocasse putat **אלהים**, quo scilicet Iacobo considerandum proponeret, quod non cum misero quodam homuncione; sed cum heroe valentissimo et artis gymnasticae facile principe, in arenam descendisset. Sed quid de illa sentit benedictione Auctor, quam Iacobus experit a colluctatore

Etatore

Etatore suo? Nonne haec illum conuinceret, personam
 illam, quae Patriarchae benedixit, diuinam plane fuisse, quum
 ipse Apostolus, Hebr. VII. 7. dicat, *χαρις πάσης ἀντιλογίας τὸ
 ἔλαττον ὑπὸ τῆ κρείττονος ἐυλογεῖται.* Respondet Auētor, primo
 negando consequentiam, quum Iacobus homo, benedictio-
 nem impetrauerit ab Isaaco, qui itidem homo tantum fuit.
 Deinde vero, benedictiones tum temporis datas, verba fuisse
 autumat, praetereaue nihil: certe talia saltim vota, quae tem-
 poralia tantummodo miserae huius vitae bona respexerint (*).
 Quum vero duplici sensu, vocabulum benedictio in S. Scriptu-
 ra vsurpari, supponat, nimirum, et de benedictione a superiori
 impertita, et de inferioris benedictione, qua quis v. g. alteri
 obedientiam spondisset, reuerentiam exhibuisset, vel homa-
 gium praestitisset. Gen. XLVII. 7. 10. 2 Sam. VIII. 10. XIV. 22.
 Gen. XXXIII. 3. 10. 11: verba ista Iacobi כִּי תִשָּׁבַע לִי
 וְיִשְׁכַּח־נָּךְ v. 27. ita vertenda esse existimat: *I will not
 let thee go, except thou blest me, that is, I will keep thee in
 Custody, till thou dost submit, and pay me Homage as victorious.*
 Ita vt Iacobus a colluctatore suo, humi prostrato, nihil ali-
 ud postulauerit, quam vt loco satisfactionis victum se esse
 fateretur (**): id quod ille etiam fecerit, dum Iacobo no-
 uum nomen imposuit. Egregia satisfactio, scilicet! Sed
 nouum Auētor in promptu habet effugium: dicit enim, tum
 temporis tam solemnem et consuetam fuisse mutationem
 nominum, et tanquam rem maximi momenti consideratam,
 vt ipse Iacobus, in imponendis nouis nominibus, admodum
 liberalis fuerit. Quemadmodum igitur nomen יִשְׂרָאֵל
 mysticum esse, et futuram denotare prosperitatem, prorsus
 negat; ita Iacobum tali honoris nomine, et qualicumque ho-
 magio, ideo contentum fuisse coniicit, ne victum hostem de-
 speratum redderet. Nec initio nomen hoc valde curasse

K

Patriarcham,

Patriarcham, arbitratur, donec tandem ipse Deus illud confirmaret. Gen. XXXV. 10. Nec tandem obiici posse putat, quod Iacobus locum luctae vocauerit כִּירְאוֹתַי אֱלֹהִים פְּנִים אֶל־פְּנִים וְתַנְצַר נַפְשִׁי addens כִּירְאוֹתַי אֱלֹהִים פְּנִים אֶל־פְּנִים וְתַנְצַר נַפְשִׁי *nam vidi Elobim facie in faciem, et erepta est anima mea; quum Iacobus in lucta illa, reapse viderit validissimum illum colluctatorem, (hunc enim voce אֱלֹהִים intelligendum esse subsumit,) facie in faciem, cum ipso pugnaverit, et nihilo tamen minus viuis euaserit.*

(*) Talem fuisse putat benedictionem Isaaci, in qua ne vnico quidem verbo, mentionem faceret salutis animae Iacobi spiritualis Gen. XXVII. 30. 31. *Det itaque Deus ipse tibi de rore coeli, variegue pinguedine terrae, et copiam frumenti et musti. Seruiant tibi populi, et incuruent se tibi nationes honorem exhibentes, esto herus fratribus tuis et incuruent se tibi filii matris tuae: maledicentium tibi quisque maledictus esto, et qui benedixerit tibi, esto benedictus.* Ridet haec vota Auctor, quae nequidem sanum sensum agnoscerent, quum, quid sibi velint filii matris Iacobi, prorsus nesciat. Imo parum honorifice de Iacobi iudicat pietate; quippe quem priuato commodo adeo inferuuisse dicit, vt Iehouam nec colere, nec pro Deo habere voluerit, nisi sub conditione benedictionis temporalis ab eo impetrandae Gen. XXVIII. 20-22.

(**) Ambos in scenam producit Auctor, modo grauitate Iacobi prorsus indigno, inter se colloquentes. En ipsum dialogum, ex quo patebit, quam profane Auctor in re seria ludat. IACOB. *Villain, how darest thou strike me? Verily, thou deseruest to die.* VVRESTLER. *Ah! ah! pray, ah! pray, good Sir, don't kill me; Ah! Ah! I. No Pity nor Mercy for such a Rascal; who art thou? W. Ah! pray don't enquire who I am. I. I'll beat thee to Dust, except I know it; who art thou? W. I belong to - - - I was to have done the Job in the Obscurity of the Night; now the Sun is arising, My Master shall be very angry, that I don't bring him an Answer, - - - pray let me go. I. I'll teach thee to tell Lies, Sirrah! Esau is an Honourable Gentleman, who would not be guilty of such foul Play. W. Ah! pray Sir, ah! pray. I. I shall beat thee, till thou dost make*

make Submission, and acknowledge me for Victorious, W. I crave Your Honour's Name. I. Forsooth the Rascal does not know my Name; I am Jacob, dost thou feel it? W. I submit, I submit; may it please Your Lordship, the Name of Jacob was at Your Birth, an Omen of your future Prosperity, but since your illustrious Actions and Achievements so famous all over the World, make your Honour worthy of the most noble Titles; you have mastered both Heroes, and valiant Men: you have now overcome the Conqueror of Conquerors: Assume the Name of Israel. Caeterum cum his fere consentit R. ABARBANEL, ad h. l. Benedictio haec, inquit, in eo consistebat, quod confiteretur Angelus se victum a Iacobo, et Iacobum victorem esse. Haec enim benedictio est inter athletas. Aut prosternit quis socium in terram, et tunc dominatur ei; aut socius eius benedicere illi tenetur, et confiteri palam, quod is sibi praevulnerit, tunc enim non est necesse continuare luctam. Et sic fecit vir ille luctans cum Iacobo.

§. XXIV.

Vt ad cuncta, quae Auctor hic in medium profert, ordine respondeamus, instituti postulat ratio. Non quidem inficiamur, nomen יְהוָה etiam creaturis subinde tribui in sacro Codice; sed hoc saltim negamus, vocabulum hoc proprie de alio usurpari, quam de summo Numine. Ex ipsa enim derivatione vocis patet, illos qui nomen hoc gerunt, non ob dominium quo pollent, non ob roboris vel scientiae praestantiam ita vocari; sed propterea quia cultum merentur et reuerentiam. Accedit usus biblicus: hoc nomine enim frequentissime summum Numen insignitur; idem vero de idolis, angelis et magistratu rarius, et quod inprimis notandum, plerumque non simpliciter, sed addita quadam nota characteristica occurrit, vnde colligi possit, quod analogice modo ita adpellentur (*). Adeoque nulla prorsus ratione probari potest, cuilibet promiscue licuisse, sibi metipso, vel aliis, sublime hoc nomen tribuere. Si vero proprie non nisi summo Numini competit: sane is contra regulas hermeneuticas peccaret, qui sine urgente necessi-

tate, a propria illa significatione recedere vellet. Tantum vero abest, vt talis necessitas hic deprehendatur, vt potius tota relatio Mosaica Auctoris sententiae repugnet, quamuis vel maxime ponamus, homines dignitate, robore et scientia insignes, ita vocatos esse. Quis enim ille fuit, qui hoc nomine salutari voluit? Non sane Dominus, vel alia persona publica et illustris; sed seruus Esau, qui certe ne quidem robur suum et in arte luctandi dexteritatem, adeo iactare poterat, quum a Iacobo centenario victus esset. Sit vero, illum tam insolentem fuisse, vt in ipso mortis periculo, sibi augustum hoc nomen arrogare voluerit: num Iacobus arrogantiam eius probasset, num eundem titulum ei dedisset, quem tamen minime promeruit. Praeterea, scire vellem, cur in Plurali dixerit luctator, Iacobum dimicasse cum אלהים quum tamen ipse solus aggressus sit Patriarcham: et quinam isti אנשים homines fuerint, quibus similiter praeualuisse Iacobum adfirmat? Non solum vero nomen אלהים tribuitur colluctatori, sed vocatur etiam אל, quod nomen absolute de hominibus, vel aliis rebus creatis, nunquam vsurpatur (**). Sed Auctor hanc compellationem sicco fere pede praeterit.

(*) Supra §. X. monuimus, primariam vocis cuiusdam significationem, illam esse, quae creberrime occurrit, non quae tam frequens non est. Quum igitur, in infinitis fere locis, summum Numen dicatur אלהים, inde iam colligi potest, proprie Deo tantummodo tribuendum esse hoc nomen. Idem patet ex deriuatione vocis, a radice אלל in arabica adhuc lingua superstitite, quae colere, seruire, adorare, denotat; quare et Arabes Deum *Ilahon* et *Allaho* vocant. Conf. EDVV. POCKOCKII, *Not. Miscell. pag. 34.* imprimis vero IAC. ALTINGII, *Dissertat. Acad. Hebr. VII. Dissert. 4. fol. 211. Opp. Tom. V.* et SALOM. DEYLINGII, *Observ. Sacr. Part. II. Obs. 2. pag. 11. sq.* qui de hac voce luculentius exposuerunt. Hinc vox אלהים proprie significat *σέβασμα*, Numen, quod colitur, et quidem cultu religioso. Nam Exod. XX. 3.
in

in primo praecepto dicitur: non erunt tibi אלהים אחרים
ante faciem meam: hoc est, nullum aliud ens religiose colere
debes, praeter me. Mirum adeoque non est, soli Deo priuatiue
hoc nomen tribui Deut. IV. 35. VI. 13. X. 20. 2 Sam. VII. 22.
1 Paral. XVII. 20. Psalm. LXXXVI. 10. quum solus religiose
adorandus sit. Matth. IV. 10. Et licet in singulari quoque de
Deo occurrat, plerumque tamen pluralis vsurpatur, ad deno-
tandam adorandam Trinitatem personarum in vnica Dei essen-
tia. Nomen enim plurale, verbo singulari adiunctum, distribu-
tionem notat. Quare etiam subinde adduntur adiectiua et
verba pluralia Gen. I. 26. III. 22. XX. 13. XXXV. 7. Deut.
V. 26. Iof. XXIV. 19. 2 Sam. VII. 23. Ier. X. 10. Psalm.
LVIII. 12. Vbi vero vnica Deitatis persona vocatur אלהים
vt Psalm. XLV. 7. 8. ibi hac voce designatur adoranda illa
essentia diuina, quae vt omnibus tribus personis est communis,
ita Patri pariter competit ac Filio. Ioh. V. 23. Patet hinc, vo-
cem hanc proprie respectum habere ad cultum Deo praestan-
dum, non vero ad summum eius dominium vel roboris et
scientiae praestantiam: quemadmodum nec serpens seductor ad
Euam dixit, eritis אלהים sed כאלהים sicuti summum Num-
men adorandum, quod absolute maximis gaudet perfectioni-
bus. Hinc quando rebus creatis tribuitur, ratio est, quia tunc
illae cultum quendam merentur, non quidem religiosum, quip-
pe qui cum alio, qui Deus non est, communicari nequit, sed
ciuilem. Angeli enim, vt legati diuini, honorandi sunt et reue-
rendi; Magistratus vero et iudices propterea, quia Dei supre-
mi Iudicis vices gerunt in his terris. Proinde et angeli vocan-
tur אלהים Psalm. VIII. 6. coll. Hebr. II. 7. 8. Psalm. XCVII.
7. coll. Hebr. I. 6. et homines ob dignitatem suam reuerendi
Exod. IV. 16. VII. 1. XXI. 6. XXII. 8. 28. 1 Sam. XXVIII.
13. Psalm. LXXXII. 1. 6. coll. Ioh. X. 34. Psalm. CXXXVIII.
1. coll. v. 4. Quia vero idola, ex falsa hominum opinione, pro
vero Deo adorando habentur, itidem hoc nomine insigniun-
tur Exod. XXIII. 24. Esa. XXXVI. 8. Psalm. LXXXVI. 8.
quamuis sint לא אלהים Non Deus 2 Paral. XIII. 9. אלהים
אחרים Dii alieni Deut. V. 7. Iof. XXIII. 16 אלהים מסכרה
Dii fusi Lev. XIX. 4. etc. Quemadmodum igitur in omnibus
K 3 locis

locis excitatis, nomen אלהים creaturis non nisi ob quandam, quam, ratione cultus et honoris ipsis praestiti, cum Deo habent analogiam, tribuitur; ita omnium minime, ubi ille qui vocatur, אלהים, ut in nostro loco, manifeste ab hominibus distinguitur, alius quidam, quam supremum Numen intelligi poterit.

(**) R. MOSES BEN NACHMAN, aliique, vocem אלהים idem esse putant quod תקה fortis, in qua significatione non solum occurreret Exod. XV. 15. Ezech. XVII. 13, sed a LXX. Interpretibus quoque frequenter per ἰσχυρος vertatur. Ast, haec sententia multis laborat difficultatibus. Si enim אלהים fortem designaret, manifesta esset tautologia Ies. IX. 5. X. 21. ubi occurrit גבור אלהים *El fortis*. Deinde deriuari commode nequit ab אלהים fortitudine, ut ostendit SAL. DEYLINGIUS, in *Observ. Sacr. P. I. Obs. 10. p. 40. sq.* Imo opponitur plane hominibus, Ezech. XXVIII. 2. אלהים ואתה אדם *Tu homo es, et non Deus*. Et David expresse dicit 2 Sam. XXII. 32. אלהים מבלעדי יהוה *quis Deus est praeterquam Iehoua?* In dictis vero Exod. XV. 15. Ezech. XVII. 13. item Ps. XXIX. 1. non legitur vox אלהים sed אלהים aries. Principes enim per metaphoram vocantur arietes. Ita et Phrasis יש לאלהים *est in Deum manus* Gen. XXXI. 29. Deut. XXVIII. 32. Prov. III. 27. Neh. V. 5. Mich. II. 1. nihil aliud significat, quam *manus* h. e. potentia, pro Deo quasi habetur. Quemadmodum enim a Deo omnia dependent, ita et quidam homines putant, omnia sibi licere, quaecumque modo per potentiam suam possibilia essent: Quo etiam spectare videtur locus Hes. XXXI. 11. Quando autem absolute et proprie usurpatur hoc nomen, nulli homini vel creaturae tribuitur, ut pluribus ostendit IAC. GYSSETIUS, in *Comment. linguae Hebraicae p. 42. sq.*

§. XXV.

Antequam Auctoris nostri sententiam, de benedictione, quam Iacobus expetiit a colluctatore suo, examinemus: paulo curatius inquirendum erit, quid benedicere alicui significet in sacro Codice. Hebraei vocem ברכו definiunt per הטובה תוכפר *abundantiam boni*; quo spectant loca

locā Gen. XXXIII. 11. 1 Sam. XXV. 27. XXX. 26. Hinc quando quis alteri benedixit, tunc optime quo potuit, cuiusvis generis bona, vel reapse in eum contulit, vel saltem apprecatus ei est, si forte non suppeterent, quae donari possent. Hac ratione et inferiori superiori, et superior inferiori, et par pari, benedicere, ac prolixam voluntatem suam testatam facere potest. Imo nullum adduci potest exemplum, ubi benedictio significaret praestitum ab aliquo hominibus. In locis enim Gen. XLVII. 7. 10. 2 Sam. VIII. 10. XIV. 22. iste significatus vel prorsus locum habere nequit, vel praeter necessitatem infertur; quum ibi *benedicere* nihil aliud denotet, quam *salutare*, et *fausta quaevis praecari* (*). Tales enim salutationes admodum consuetae erant, in quibus quis alteri benedictionem diuinam apprecabatur. Erant vero vel priuatae Gen. XLIII. 29. Ruth. II. 4. vel publicae; et haec iterum, vel ordinariae Num. VI. 22. sq. vel extraordinariae. 2 Sam. VI. 18. 1 Paral. XVI. 2. 1 Reg. VIII. 55. sq. Interim ne tales quidem benedictiones, inania verba fuerunt, quamuis non semper effectum sortitae sint; pariter ac salutationes Apostolicae, de quibus Matth. X. 13. Saluator dicit: *Εάν μὲν ἡ ἡ δικαία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· εἰ δὲ μὴ ἡ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιτραφῆτω.* Multo vero minus de benedictionibus Patriarcharum dici potest, quod verba fuerint, praetereaque nihil, nec ultra temporalem vitae huius felicitatem extensae. Nam ut iam §. XIV. monuimus, istae benedictiones propheticae erant. Patriarchae ipsi Prophetae vocantur Gen. XX. 7. Psalm. CV. 15: Hinc ex peculiari reuelatione diuina ea praedicebant, quae certo futura esse sciebant: quare et eorum benedictio merito *κληρονομία* vocatur Hebr. XII. 17. Talis fuit benedictio Melchisedeci Gen. XIV. 19. vnde concludit Apostolus, illum Abrahamo maiorem fuisse. Talis fuit benedictio Isaaci; qui licet homo

mo tantummodo fuerit, extra omnem tamen controuersiam, dum actum hunc exercuit, maior et praestantior dicendus est filiis suis, quibus benedixit: quemadmodum facile etiam ostendi potest, nec sola illum respexisse bona temporalia, nec euentu caruisse, quae filiis suis praedixit (**). Talis etiam fuit benedictio Iacobi, vt ex toto cap. XLIX. Geneseos clarum est. Et talem minimum, si non maiorem et plane diuinam, Iacobus a colluctatore suo efflagitauit benedictionem, vt ex ipsis historiae circumstantiis patet.

(*) Gen. XLVII. 7. 10. dicitur **ויברך יעקב את-פרעה** et benedixit Iacob Pharaoni. Sed qualis haec erat benedictio? Non certe promissio obedientiae: nam tale homagium et a fratribus Iosephi, de quibus v. 2. sq. sermo est, praestandum fuisset; sed salutatio, sub introitum, et ante discessum exsolui solita, qua venerandus Senex Iacobus Pharaoni fausta quaeuis et prospera apprecatus est, quamuis caeterum Pharaonem pro Domino suo sine dubio agnouit. Nec 2 Sam. VIII. 10. verbum **ברך** subiectionem quandam inuoluit. Nunquam enim Thoi, Chamaeae Rex, Dauidi se subiecit, vel tributum soluit. Eius potius amicus fuit, qui occasione victoriae, quam Dauid de Hadadefere Rege Zobae, cum quo ipse bella gerebat, reportauerat, ei congratulabatur. Misit proinde filium suum Ioramum ad Dauidem, **לשאל-לו לשלום ולברכו** ad rogandum eum de prosperitate, ad salutandum, (vt optime LUTHERVS, *ihn freundlich zu grüssen*, Gen. XLIII. 27.) et ad gratulandum ei. Veniam enim pacemque rogare non opus erat tali, qui nunquam Dauidis hostis fuerat. Nec vt tributum vasa ista argentea, aurea et aenea tradidit Dauidi; sed quo ostenderet, quanto cum gaudio audiuiisset famam de victoria Dauidis de communi vtriusque inimico reportata. Tum temporis enim, mutua munera gaudii et laetitiae signa erant. 2 Reg. XX. 12. Esther. IX. 19. 22. Idem sentiendum de loco 2 Sam. XIV. 22. **ויפלא יואב אל-פניו וישתחו ויברך את-המלך** quae verba optime iterum Lutherus ita germanice reddidit: *Da fiel Joab auf sein Anlitz zur Erden, und betete an, und danckete dem Könige.* Quis enim diceret,

diceret, Iobabum qui iam olim fidelissimus Dauidis fuerat belli imperator, nunc demum homagium ei praestitisse? Potius debitam regi exhibens reuerentiam, fausta quaeuis ei adprecabatur, pro obtento beneficio. Nec alio sensu, Iacobus Esauo dixit, Gen. XXXIII. 11. **קח-נתי את-ברכתי** accipe quae so benedictionem meam h. e. donum meum: quam vt de fraterna caritate, et proluxa voluntate sua, illum conuinceret. Quemadmodum etiam Dauid, 1 Sam. XXX. 26. Senioribus Iudae amicis suis, dona misit, non in subiectionis; sed amicitiae tesseram, dicens: *ecce vobis benedictio de praeda hostium Domini.* Quando vero Pincerna regis Assyriae 2 Reg. XVIII. 31. Es. XXXVI. 16. Iudaeos alloquitur: **עשו אתי ברכה**, verba ista commodissime ita vertenda sunt: *facite mecum pacem et conventionem.* Quando enim duo reconciliantur hostes; vterque animum infensum exuere, et alteri bene precari debet. Hoc se facere velle promittit rex Assyriae; postulat vero, vt Iudaei idem facerent.

(**) Teste enim Paulo Hebr. XI. 20. per fidem de futuris, Isaac benedixit Iacobo pariter et Esauo: hoc tantum obseruato discrimine, vt Esauo sola promitteret bona temporalia, quippe qui spiritualia susque deque habens, illis indignus erat; Iacobo vero simul felicitatem spirituales, quam omnium maxime desiderabat. Nam quod de solis modo huius vitae commodis sollicitus fuerit Iacobus, ex Gen. XXVIII. 20-22. nullo modo colligitur. Summa enim voti ipsius non erat, se velle Iehouam pro Deo suo agnoscere; sed promittebat decimas solutorum se esse, de omnibus, quaecunque Deus ipsi daturus esset. Nimirum v. 20. 21. proponit voti conditionem: *quum fuerit Deus mecum, et seruaerit me in via ista, qua ego profecturus sum, dederitque mihi panem ad comedendum, et vestimentum ad induendum: reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, והיה יהוה לי לאלהים* denique fuerit Iehoua mihi Deus. Deinde v. 22. ipsum votum: *Tum haec strues lapidum, quam disposui in statuam, eris domus Dei, et quicquid dederis mihi, eius decimas omnino sum daturus tibi.* Ipsam vero, quam Iacobus impetrauit benedictionem, Gen. XXVII. 27-29. spirituales simul fuisse, non solum exinde colligi potest, quia melior fuisse dicitur Esau benedictione, in qua tamen, si sola temporalia spectes, aequalia saltem, si non

L
maiora,

illud maiora, Esauo promittuntur bona; sed ex ipso non obscure patet benedictionis argumento. Conf. IOH. HENR. HEIDEGGERI, *Histor. Patriarch. T. II. Exerc. XIV. §. 15. p. 270. sq.* Nimirum, ut alia taceam, temporalis possessio terrae Cananaeae, symbolum erat felicitatis in regno Christi. Hebr. IV. Subiectio populorum vero, regnum Messianum adumbrabat, super omnes gentes extensum. Ultima praesertim verba benedictionis, respectum habent ad Christum Semen benedictum Iacobi: manifeste enim alludit Isaacus ad Gen. XII. 3. coll. Cap. XVIII. 18. XXI. 12. XXII. 18. XXVI. 4. quare etiam Cap. XXVIII. 3. 4. ubi benedictionem hanc confirmat, inter alia, expresse apprecatur Iacobo *benedictionem Abrahami*: illam nimirum, in qua promiserat Deus: *benedicam iis, qui benedicent tibi, et qui maledixerit tibi, eum execrabor: et benedictae erunt in te omnes familiae terrae.* Quemadmodum vero benedictiones Patriarcharum, non illos solummodo quibus immediate benedicebant, homines respiciebant; sed eorum quoque posteros: ita Iacobi pariter ac Esau benedictio in posteris eorum impleta est. Iacobi progenies habitabat in terra Cananaea quae *נַאֲף עֵצוֹן* vocatur regio affluens lacte et melle. Exod. III. 17. Praeterea diuersi Israelitis seruebant populi, ita, ut secundum praedictionem Isaaci, domini fuerint et *fratrum suorum*, per quos intelligendi sunt Ismaelitae, Ammonitae, Moabitae, et posterii Abrahami ex Kethura, Gen. XXV. 18. 2 Sam. VIII. per tot. 1 Paral. XVIII. per tot. Iud. VII. etc. et *filiorum matris*, hoc est Idumaeorum. 2 Sam. VIII. 14. In sensu autem pleno, complementum sortita est haec benedictio in Christo, ex lumbis Iacobi nascituro. Huic enim adhaerent et obediunt populi; huic seruiunt fratres ipsius, homines, quorum naturam assumpsit, et incuruant se ei. Imo qui ei maledicunt, maledicti sunt et manent; qui vero ei benedicunt, h. e. se cum eo reconciliari patiuntur, benedictionem impetrant. Gal. III. 7. 9. 14. Conf. I. H. HEIDEGGERVS, *l. c. §. 16. p. 271.* qui etiam §. 22. p. 275. de complemento benedictionis Gen. XXVII. 39. 40. Esauo datae, egit. Idumaeorum scilicet terra fertilis admodum fuit, licet ad terrae Cananaeae fertilitatem haud accesserit. Praeterea Idumaei erant gens bellicosa. Num. XX. 14-21. Subiugati sunt a Iudaeis, 2 Sam. VIII. 14.

VIII. 14. 1 Paral. XVIII. 13. 2 Reg. XIV. 7. 1 Maccab. V. 65. quorum tamen iugum excusserunt, 2 Reg. VIII. 20. 2 Paral. XXI. 8. et quum postea rursus deuicti essent, Num. XXIV. 18. Amos IX. 12. ab Hircano scilicet Simonis Maccabaei filio, qui eos coegit, circumcissionem et religionem Iudaicam amplecti, teste FL. IOSEPHO, Antiqu. Iud. Lib. XIII. Cap. 9. p. 659. edit. HAVERCAMPI; tandem in persona Herodis, ex Idumaeorum profapia oriundi, dominati sunt in Iudaeos. Conf. IOSEPHVS, Libr. XIV. Antiq. Cap. 14. p. 727.

§. XXVI.

Nimirum, initio nesciebat sine dubio Iacobus, qualem praecise haberet aduersarium. Deinde vero, postquam hic solo contactu luxasset femur ipsius; statim sensit, rem sibi esse non cum mero homine, sed cum Deo immortalis, qui acetabulum femoris ipsius tangens, in mentem ipsi reuocat, et omnipotentiam suam, et benignitatem parcendique studium. Hinc oblata occasione vsus, dimittere non vult eum, qui omnis benedictionis fons est et scaturigo: enixis potius precibus illum rogat, velit benedictionem ipsi impertire, hoc est, non solum fausta quaeuis apprecari; sed bona spiritualia pariter ac temporalia, in praesens reuera exhibere, de olim vero exhibendis, fidem ipsi facere. Haec facillima omnino est expetitae benedictionis explicatio: vnde simul intelligitur, qui factum sit, vt Iacobus ab eo, qui ipsi praeualere nequiuerat, expetierit benedictionem, quae tamen non nisi a superiori conferri solet, et de ea impetrata adeo laetari potuerit. E contraria parte, Auctoris sententia adfectata prorsus est, et ne quidem probabilitatis speciem habet. Nam quum *benedicere alicui*, vt §. praec. ostensum est, nullibi significet *obedientiam spondere, homagium praestare, vel victorem aliquem pronunciare*: nulla alia ratione Emissarius Esau benedicere Iacobo potuit, nisi vel prospera quaeuis eidem apprecando, vel benedictionem olim ab Isaaco datam, nomine

mine Esau approbando. Illud expectare non poterat Iacobus ab homine, qui infenso animo ipsum aggressus erat. Hoc vero praeter necessitatem postulasset, quum benedictio illa paterna, iam ita confirmata esset, ut consensu Esau plane non opus fuerit. Gen. XXVII. 35. XXVIII. 2-4. 13-15. Imo, quis tam ambitiosum, et vanae gloriae cupidum facile crederet Patriarcham, ut aduersarium suum dimittere noluerit, nisi flexis genibus victum se profiteretur? Certe, perinde ipsi esse poterat, siue ille hoc fecisset, siue minus. Nullus aderat testis, qui de euentu luctae iudicium ferret: hinc sufficere poterat Iacobo, quod antagonista suum vicisset. Tandem et comicum illud, quod Auctor fingit, inter Iacobum et coluctatorem eius, colloquium, historiae sacrae circumstantiis prorsus contradicit (*).

(*) Nam ex Auctoris sententia, Iacobus primum interrogauit nomen colluctatoris, deinde demum verba ista dixit, *non dimittam te, nisi quum benedixeris mihi*, et tandem luctator in nomen Iacobi inquisiuit; Sed contrarium patet ex Gen. XXXII. 26. 27. 29. Auctor repraesentat luctatorem ut supplicantem; sed Iacobus potius ille fuit, qui fleuit et supplicauit, ut ex loco Hoseae colligitur. Nec submisso rogauit Iacobum, ut nomen suum indicaret; sed iussit, *מִי שְׁמִי* inquit, *quomodo vocaris?* Iacobus itaque non potuit non obedire. Ast quando hic nomen colluctatoris sui interrogat, non ut imperans et comminabundus loquitur; sed ea qua potest submissione *הִנִּיחָה נָא שְׁמִי* indica quaeso nomen tuum. Particula enim *נָא* est vox obsecrantis. Gen. XIII. 8. 9. XXXVII. 16. Tandem, si Auctorem nostrum audiamus, luctator non aliter benedixit Iacobo, quam sola nominis mutatione: quum tamen v. 29. peculiaris memoretur benedictio, quae istam nominis mutationem consequuta demum est.

§. XXVII.

Sed ieiuna quoque sunt, quae de nomine *יִשְׂרָאֵל* differit Auctor. Si ei credendum esset, victor hic a victo, superior ab inferiore,

inferiore, nouum nomen accepisset: quum tamen nominis impositio dominii potius et superioritatis signum sit (*) Nulla igitur ratione, haec nominis mutatio homagium dici potest. Nec obiici potest, Iacobum qualicumque hac honoris declaratione contentum ideo fuisse, ne superatum in lucta aduersarium desperatum redderet. Nam satius tunc fuisset, nullum prorsus postulare homagium. Quemadmodum vero nomina locorum et personarum, a nullo sapiente ob leuissimam quamcunque rationem facile mutantur: ita multo minus hoc statuendum est, quando ipse Deus sapientissimus nouum alicui nomen largitur (**). Quum igitur ex Gen. XXXV. 10. 1 Reg. XVIII. 17. et 2 Reg. XVII. 34. abunde pateat, ipsum Deum nomen ישראל dedisse Iacobo, quod ipse Auctor inficiari nequit, quamuis dicat, ibidem modo de confirmatione huius nominis sermonem esse (**); omnino maximi momenti fuit haec nominis mutatio, imo reapse futuram Iacobi designauit prosperitatem. Verba enim כִּי־שָׁרִיתָ עִם־אֱלֹהִים ut §. VII. monuimus, ita vertenda sunt: *quoniam, si contra Deum fortis fuisti, quanto magis praeualebis contra homines.* Benedixit itaque luctator Iacobo, ipsa quidem hac nominis impositione; sed peculiarem praeterea addidit benedictionem. Non enim, ut Auctor putat, nominis impositio vltimus in hoc negotio fuit actus. Nam post illam adhuc Iacobus in nomen luctatoris inquit; quod cum denegasset hic, tandem illi benedixit, repetens sine dubio benedictionem Patriarchis conferri solitam Gen. XII. 3. XVIII. 18. XXII. 18. XXVI. 4.

(*) Sic Adamus nomina dedit animalibus Gen. II. 20. imo nomen quoque vxoris mutauit. Gen. III. 20. Eua vero, aliaeque mulieres, filiis suis nomina imposuerunt Gen. IV. 1. 25. XXIX. 32. 39. XXX. 6. 8. XXXV. 18. 1 Sam. I. 20. etc. Sic Superiores subditis, Gen. XLI. 45. 2 Reg. XXIII. 34. Dan. I. 7. Es. LXV. 15. coll. cap. LXII. 2. et Apoc. II. 17. et doctores discipulis suis, noua nomina imposuerunt. Num. XIII. 17. Marc. III. 16. 17.

III. 16. 17. Sic Patriarchae quoque, in signum futurae haereditatis terrae Cananae, saepissime nomina locorum memorabilium mutabant. Conf. SAM. BOCHARTI, *Hierozoicon* P. I. L. I. Cap. 9. p. 57. HENNING. IOH. GERDESII, *Diff. de nominis mutatione* Cap. I. Sect. 1. §. 1. et Cap. II. Sect. 2. §. 4.

(**) Nomina sunt signa rerum. Signa vero sunt vel mnemonica, vel demonstratiua, vel prognostica. Hinc nomina vel rem quandam praeteritam designant, cuius memoria conseruari meretur, v. g. dum torrens *Laboc* ita vocatur, in singularis luctae Iacobi memoriam. Conf. DAN. FESSLII, *Aduers. Sacr. Libr. VIII. Cap. 3. §. 8. Tom. II. p. 253.* Vel denotant attributum quoddam, vel aliam adfectionem, eius, cui tale nomen datur; vt v. g. nomina, quibus Adam vocauit animalia. Vel denique respectum habent ad fata alicuius futura, quorum omina esse debent. Hoc sensu Deus ipse mutabat nomen *Abrami*, eumque *Abrahamum* vocabat, rationem adiiciens: *quia patrem multitudinis gentium constitui te.* Gen. XVII. 5. Conf. GERDESIVM, *Diff. cit. Cap. I. Sect. I. §. 3. et 4.* IO. HENR. STVSSII, *Prog. de mutatione nominum sacra* §. 1. Eodem sensu Deus Iacobum vocat **ישראל**, h. e. principem cum Deo: quo ostenderet, ei qui principem se gesserat cum Deo, nec hominum insidias extimefcendas esse.

(***) Verba ista Gen. XXXV. 10. **ויאמר לו אלהים** ita ver-tenda videntur: *dixerat enim ei Dominus*, v. enim 9. memoratur, quod Deus apparuerit Iacobo **עד נכחו מפני ארם** *rursus in reditu ex Mesopotamia.* Supponitur ergo, quod iam antea in eodem itinere ei apparuerit. Quo igitur pateat, quae-nam apparitio hic innuatur; additur v. 10, eam fuisse illam, in qua nomen Iacobi mutauit. Vnde simul colligitur, Iacobum iam inde a lucta illa se vocasse Israelem; nam eodem versiculo dicitur: *ideo vocauit Iacob nomen suum Israelem.* Imo Gen. XXXIII. 20. hoc nomen iam memoratur. Sic etiam 1 Reg. XVIII. 31. et 2 Reg. XVII. 34. non confirmasse Iehoua dicitur nomen hoc Iacobo; sed *imposuisse.* Imo, quis sibi facile persua-suaderet, Deum tale nomen, quod a thralone accepisset Iacobus confirmare voluisse? Nam certe eo ipso simul approbasset hominis illius arrogantiam, quod de Deo ne quidem cogitari licet. Et si vel maxime, secunda vice nomine Israel compellasset Iacobum

cobum: inde tamen nequaquam consequeretur, quod ille, qui in lucta Iacobi nomen eius mutavit, alius fuerit, quam ipse Deus. Nam ob eandem rationem, ob quam iam olim nomen hoc dederat Iacobo, etiam hic idem confirmat. Tunc Iacobus timebat Esauum; nunc vero populos terrae Cananaeae. Gen. XXXIV. 30. Hinc iterata *ὀνομαθεσία* in memoriam ei reuocare voluit, quod iam olim principem se gesserit cum Deo, benedictionemque impetrauerit; vt adeoque nunc extimescendae ipsi nequaquam essent hominum insidiae.

§. XXVIII.

Vix opus esse arbitror, ad ea prolixius respondere, quae de loci, vbi plane singularis haec lucta habita est, denominatione commentatur Auctor. Si enim nomen אֱלֹהִים vt §. XXIV. ostensum est, nulli vnquam in S. Codice homini vel creaturae tribuitur; certe nec vocabulum אֱלֹהִים *visionem hominis cuiusdam robusti* denotare potest. Licet enim AQUILA vocem hanc interpretetur *πρόσωπον ἰχθύος*, quin tamen Deum fortem intelligat, nullum est dubium. Multo minus vero Iacobus colluctatori suo, quem deuicerat, honorificum illud nomen facile concessisset. Praeterea, quamuis negandum non sit, phrasin *videre aliquem facie ad faciem*, quandoque denotare, dimicare cum aliquo aperto Marte, Conf. 2 Reg. XIV. 8. 11. 2 Paral. XXV. 17. 21. Non tamen iuxta Auctoris sententiam, aperto marte, sed tanquam ficarius, Iacobum aggressus erat luctator ille. Vnde nomen loci, hanc ob causam אֱלֹהִים adpellari non poterat. Vera potius ratio huius denominationis, in recepta illa ab antiquioribus opinione quaerenda videtur, qua suae infirmitatis conscius, putabant, neminem, Deum sese manifestantem, citra praesentissimum mortis periculum, oculis conspiceri posse. Gen. XVI. 13. Iud. VI. 22. 23. XIII. 22. 23. Ies. VI. 5. (*). Hinc tantopere sibi gratulatur Iacobus de visione Dei, in specie vero filii Dei, qui inprimis vocari solet אֱלֹהִים (**); vt non

non solum locum hunc, in sempiternam tantae apparitionis memoriam, nomine פניאל insigniat; sed admirabundus quoque exclamet ראיתי אלהים פנים אל פנים ותנצרו נפשי *vidi Deum facie ad faciem, et erepta est anima mea.* Merito enim gaudebat, tum quod non obstante visione Dei, vivus mansisset, tum quod per ipsam hanc Filii Dei visionem, anima ipsius ab anxio timore fratris liberata, et mirum in modum refocillata esset. Nam lucente hac Dei facie, pax, salus et gratia obtinetur, Num. VI. 25. 26. Psalm. XXXI. 17. XLII. 6. LXXX. 4. 8. 20. imo, *beatus est populus, qui agnoscunt clangorem, qui in luce faciei Iehouae ambulant.* Psalm. LXXXIX. 16. Quemadmodum et vita aeterna potissimum consistit in visione Dei beatifica.

(*) Ipse quidem Deus dicit ad Mosen Exod. XXXIII. 20. לא תוכל לראות את פני כי לא יראני האדם ותחי *non potes videre faciem meam: quia non videbit me homo, et vivet.* Sed ibi non loquitur, de visione Dei in specie quadam praesentiae divinae, in qua saepius se conspiciendum praebuit hominibus in his terris; sed de visione plenae maiestatis divinae, quae beatis demum in altera vita reservata est. Hanc enim videre gestiebat Moses, vt patet ex coll. v. 18. Nec hanc maiestatem divinam oculis suis conspexit Iacobus; sed assumptam modo a filio Dei formam humanam.

(**) Ita vocatur Filius Dei Exod. XXXIII. 14. 15. vbi opponitur angelo creato. Huc spectant etiam loca Deut. V. 7. Ef. LXIII. 9. Mal. III. 1. Conf. SAL. DEYLINGII, *Observ. Sacr. Part. I. Obs. XXX. p. 142.*

§. XXIX.

Tandem Auctor Cap. XI. illas quoque examinat obiectiones, quae contra hypothesein suam ex Hof. XII. 4-6. formari possunt. Ibi enim illustria Iacobi facta sequentem in modum commemorantur: בכטן עקב את אחיו וכאנו שרה את אלהים: וישר אל מלאך ויכל בכה ויתחנן לו בית אל ומצאנו ושם ידבר עמנו: ויהודה אלהי הצבאות יהודה זכרו: *In utero calcaneum tenuit fratris sui;*
et

et robore suo principem se gessit cum Deo. Principem se gessit cum angelo, et potentia valuit, fleuit et supplex rogauit eum: Bethele inuenit eum, et ibi loquutus est nobiscum. Imo Iehoua Deus exercituum, Iehoua est memoriale eius. Ipse Auctor negare nequit, argumenta ex hoc loco desumpta, omnium valentissima esse; maxime, quum ibidem colluctator Iacobi expresse dicatur יהוה. Sed tantum abesse putat, vt verba ista sententiae suae aduersentur, vt potius illam magis magisque stabiliant. Nimirum verbum שרר vel שר nunquam in S. Scriptura significare arbitratur: *persuadere alicui aliquid, vel praeualere contra aliquem argumentis*. Imo, quod verbum hoc indicet: *vincere aliquem vi, eumque reuera subigere*, tam firmum esse putat, vt non dubitet prouocare secus sentientes, ad probandum contrarium. Quum igitur de Iacobo dicatur, quod reapse deuicerit antagonistam: inde concludit, absurdum omnino esse, si quis asserere vellet, quod cum ipso Deo dimicasset. Dicam simul scribit Theologis, quod praeconcepas opiniones suas in textum sacrum inferant, dum victoriam Iacobi, peculiari gratiae diuinae acceptam referunt; quum tamen expresse dicatur, illum praeualuisse באונו *robore suo naturali*. Deinde verba ista: *fleuit et supplex orauit eum*, non de Iacobo intelligenda esse existimat, de quo quippe tale quid in historia Mosaica plane non legatur; sed de luctatore dimissionem suam efflagitante (*): quod tamen praedicatum iterum in Deum non quadraret. Ad ea vero quae sequuntur: *Bethele inuenit eum, et ibi loquutus est nobiscum*. Imo Iehoua Deus exercituum, Iehoua est memoriale eius; nihil aliud respondere potest, nisi quod dicat, librum Hoseae non nisi collectionem esse sententiarum separatarum, diuerso fine dubio tempore pronunciatarum. Id quod, vt ex aliis locis, ita in primis ex Cap. XII. 1. coll. v. 13.

M

patere

patere autumat, quae sibi contradicere videntur. Hoc supposito, dubitat, an verba v. 4-6. huius Capituli, coniunctim legenda sint, et peculiarem constituent pericopen. Praeterea negat particulam *וְאֵלֶּיךָ* v. 6. singularem habere emphasin, vt verba vertenda essent: *IMO Iehoua Deus exercituum: potius, quum v. 5. non inueniatur pronomen אֲנִי, non opus esse existimat, vt nominatiuus in praecedentibus quaeratur, quasi idem ille angelus, qui cum Iacobo luctatus est, illum quoque inuenisset Bethel. Hinc vltima verba v. 5. a praecedentibus separat, eaque coniungit cum v. 6: praeuoluit angelo et superior fuit, fleuit et precatus est eum. In Bethel inuenit eum, ibique loquutus est nobiscum et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius.* Hanc suam sententiam inde confirmari putat, quod non solum saepissime in lingua Hebraea, maxime in stylo Prophetico, nominatiuus postponatur verbo, v. g. Hof. XII. 8. 9; verum etiam Hoseas non semper nomen Dei expresse addat, quando de eo loquitur: v. g. Cap. I. 6. 9. X. 2. Omnem igitur euanescere putat difficultatem, si verba ita vertantur: *By his Strength, he mastered the Strong, yea he mastered the Emissary, who wept, and made Supplications unto him. God found him in Bethel, and there he spake with him, and Iehovah, the Lord of Hosts, Iehovah is his Memorial.*

(*) Prouocat hic ad consensum DRVSII, ad h. l. *Crit. Sacr. Tom. IV. p. 147.* et VATABLI, *Ibid. p. 144.* Addi possent, praeter doctores Iudaicos, VAL. SCHINDLERVS, in *Lexic. voce בכור* p. 196. item THEOD. HACKSPANIVS, *Miscellan. p. 397. et in Notis Phil. Theol. P. II. p. 960.*

§. XXX.

Quemadmodum vero illa Auctoris nostri hypothesis, nullo plane nititur fundamento, qua eloquia Hoseae profetis dissolutis habet, quae nulla plane ratione inter se connexae

connexae essent: ita nexus pericopes nostrae, quae continetur Cap. XII. 1--7. et probabiliter Anno sexto Regis Hoseae pronunciata est (*), facile ostendi potest. Quamuis enim concedamus, librum hunc, variarum concionum diverso tempore habitatum, esse collectionem, ut patet ex Hof. I. 1: hoc tamen negamus atque pernegamus, quod singulae sententiae, cum antecedentibus et consequentibus nullam habeant connexionem. Nam, quum non proverbia scripserit Hoseas; sed orationes ad populum habitas; certe propositiones suas, argumentis probantibus confirmare, similibus et exemplis illustrare, obiectiones removere, ac applicationem denique adiicere debuit, alias enim nunquam auditores suos de vlla re convincere potuisset. Nec dici potest, illud encomium, quo v. 1. Iuda laudatur, *quod adhuc dominetur cum Deo forti, et cum sanctis fidelis sit*, contradicere verbis v. 3. *עם-יהודה וריב ליהודה* quae vulgo vertuntur: *etiam disceptatio est Iehouae cum Iuda*. Nam quamuis non omni careret culpa gens Iudaica; nondum tamen plane a Deo auersa erat: potius postquam Hiskia rerum potitus esset, missa idololatria ad meliorem frugem rediens, cultum summi Numinis in templo restaurabat. 2 Paral. XXIX. XXX. XXXI. Praeterea *ריב* non solum indicat *litem* vel *controuersiam*; sed etiam *causam*, quam quis defendit, Iud. VI. 31. 32. Iob. XIII. 6. Ies. XXXIV. 8. Ier. L. 34. Hinc verba ista significant: *DEO* quidem *rem esse cum Iuda*, ita ut cum eo in iudicio suo disceptet, ita tamen, ut eum tanquam poenitentem, a peccatis suis absoluat, Ies. I. 18. XLIII. 25. 26. Contra vero *animaduertere se velle*, dicit, *in Iacobum*, h. e. in Israelem impenitentem, *secundum vias eius, eique reddere secundum actiones suas*: quia scilicet, *toto die, adeoque indefinenter, mendacium et vastitatem multiplicabat, et non obstante*

te foedere, quod cum Assyrio pepigerat, tanquam foedifragus, dona deportabat in Aegyptum. v. 2. collat. 2 Reg. XVII. 4. Iam vero v. 4. 5. proponit propheta obiectionem populi Israelitici. Putabant nempe, Deum ipsos minime puniturum esse, ob idololatriam suam Bethelae perpetrata, nec permissurum, ut ab Assyriis vincerentur. Dicebant enim: Iacobus in signum sempiternae felicitatis posterorum suorum, calcaneo tenuit fratrem, et tam fortiter pugnavit cum Deo Angeloque illo Diuino. Hic deinde inuenit eum Bethelae, et gratiosissimas ei dedit promissiones, quod nemo mortalium, contra eum, vel posteritatem eius, vnquam praeualere posset, adeoque ipse loquutus est cum Iacobo, imo nobiscum in lumbis Patris nostri existentibus (**). Quomodo igitur, pergebant sine dubio, tu locum illum sacratissimum, tot apparitionibus diuinis clarum, *Beth Aven* vocare, vel cultum nostrum, quem ibidem Deo exhibemus, vituperare audes, nobisque poenam diuinam minari, qui secundum promissionem illam Patri nostro datam, inuincibiles sumus? Respondet ad hanc obiectionem Propheta v. 6. vera quidem esse, quae de Iacobo dicebant: *ast Deum, qui cum Iacobo luctatus est, eumque Bethelae inuenit, non idolum illud fuisse, quod in hoc loco adorabant, sed potius Iehouam exercituum, qui sub nulla prorsus effigie coli debet, quum vnicum eius memoriale, quo memorari vult, sit nomen illud incommunicabile יהוה (†).* Concludit denique v. 7. orationem suam, admonitione ad imitandum Iacobum. *Tu ergo inquit, si benedictionis Iacobo datae particeps fieri vis, ab idolis ad Deum tuum te conuerte, fletu quippe, supplicationibus et fide, haec enim arma erant, quibus Iacobus praeualuit Deo; benignitatem et iudicium observa, et expectationem habe in Deo tuo iugiter.* Sic omnia nexu elegantissimo inter se cohaerent.

(*) Hoc

(*) Hoc colligitur ex v. 2. vbi sermo est de foedere quod cum Assyriis pepigerant Israelitae, simul vero de donis in Aegyptum missis. Hoc vero 2 Reg. XVII. 4-6. factum esse legitur Anno sexto Regis Hofeae. Nam postquam illud audiuisset Assyriae Rex, statim bellum ei intulit, et Samariam obsedit, quae demum post triennium, adeoque Anno Hofeae nono occupata est. Conf. *Cel. CHR. FRID. BOERNERI, Diss. de fide Iacobi in utero Lips. 708. §. 2. p. 9. sq.*

(**) Sequimur hic explicationem EDVV. ПОГКОКНІІ, in *Comment. in h. l. p. 649.* qui etiam de reliquis verborum **וְשֵׁם יִדְבָר עִמּוֹ** interpretationibus, conferendus est. *l. c. p. 646. sq.*

(†) Exod. III. 15. De nomine יהוה conferri possunt praeter IOH. GEORG. DORSCHAEVM, §. III. Not. (†) citatum, THOM. GATACKERVS, de nomine Tetragrammato, in *Opusc. Philol. p. 24. sq.* IOH. BUXTORFIVS *Fil. de nominibus Dei hebraicis, Diss. Phil. Theol. p. 248. sq.* CHRIST. REINECCII, *Exerc. III. de S. S. nomine Iehoua Lips. 691. sq.* vt alios taceam. Quod vero nomen hocce Dei sit incommunicabile, hinc proprium memoriale summi Numinis; patet 1) ex deriuatione a rad. יהוה vel יהוה fuit. Exod. III. 14. vt adeoque illo indigitetur essentia diuina incommunicabilis 2) ex locis, in quibus soli Deo expresse vindicatur, Es. XLII. 8. Ps. LXXXIII. 19. Neh. IX. 6. 3) Ex locis, in quibus in opositione ad idola, Deo tribuitur Psalm. XCVI. 5. Mich. IV. 5. Addi potest 4) quod nomen hoc pluralem haud agnoscat, et 5) Consensus Iudeorum, tum recentiorum, tum antiquiorum, Sap. XIV. 21. vbi vocatur *ὄνομα ἀνομήνῃον nomen incommunicabile.* Conf. IOACH. LANGII, *Gloria Christi et Christianismi T. II. p. 3. sq.* Vid. et ea quae §. XII. Not. (***) monuimus. Quum igitur colluctatori illi Iacobi, incommunicabile hoc nomen *Iehoua* tribuatur, idem vero simul Angelus dicatur: certe is nemo alius fuit, quam Filius Dei.

§. XXXI.

Sed, vt ad ea in specie respondeamus, quae contra hanc dicti explicationem obiicit Auctor: initio quidem ea reperenda sunt, quae §. VII. et XI. diximus. Nimirum,

M 3

posito,

posito, Iacobum reapse deuicisse colluctatorem suum: nihil tamen inde colligi poterit, quod Filio Dei indignum esset; quum proprie tunc, non contra ipsum Dei filium, sed contra corpus illud ab eo libere assumtum, praeualuisse dicendus sit. Sed ne hoc quidem ex verbo שָׂרָה consequitur, quippe quod in genere significat *principem esse*, vel *ut principem se gerere*, *sich Fürstlich betragen* (*). Iacobus vero omnino principis instar egit cum Deo et cum Angelo, dum fortiter cum eo pugnavit, et laeso licet femore, ei cedere, eumque dimittere noluit, antequam benedictionem ab eo impetraret, *μη ἀδενήσας τῆ πλῆσι*, vnde merito heroibus fidei annumeratur. Quando vero dicitur כִּחוֹנוֹ שָׂרָה אֶת־אֱלֹהִים *ROBORE SVO principem se gessit*; non sine ratione, Theologi intelligunt robur illud, quod a Deo impetrauerat: omnia enim quaecunque modo habemus, Deo accepta referenda sunt. In primis vero intelligendum est robur fidei, qua praeditus erat. Plena enim fiducia inhaerebat promissionibus diuinis antea acceptis, Gen. XXVIII. 13 - 15. XXXI. 3: adeo, ut tandem praeualeret Angelo, non aliter tamen, quam flendo et gratiam eius implorando (**). Nam quod verba ista: *fleuit et supplex orauit*, non de Angelo, sed Iacobo dicantur, variae suadent rationes. In historia enim Mosaica, nihil plane legitur de supplicationibus luctatoris; de Iacobo vero narratur, quod benedictionem illius efflagitauerit. Obiicit quidem Auctor, luctatorem omnino supplicasse Iacobo, pro impetranda libertate, dum dixit: *dimitte me, nam ascendit aurora*. At, quis facile crederet, virum tam fortem ac robustum, qualem Auctor luctatorem describit, adeo mollem fuisse, ut flexis genibus, nec sine lachrymis, victoris gratiam et misericordiam imploraret? Hoc enim indicat verbum מָנָן in *Hithpacl.* Conf. Iob. VIII, 5. Ps. XXX. 9. CXLII. 2. Et si etiam

etiam hoc facere voluisset; longe aliud motiuum adducere debuisset, quam quod aurora illucesceret, longeque alios sibi dare titulos, quam nomen אלהי. Qui enim supplex aliquem rogat, ab omni plane gloriatione alienissimus est, nec suas multum iactare solet praerogatiuas. E contraria parte, Iacobum maxime decuit, lachrymis et supplicationibus gratiam eius inuocare, quem inuitum se detinere non posse, probe sciebat, et a quo tanquam a Domino et Deo suo, (talem enim eum esse, mature intellexit,) benedictionem flagranter desiderabat. Accedit, verba haec optime illustrare praecedentia, qua scilicet ratione praeualuerit contra angelum, nempe, *quia fleuit et supplex orauit eum*. Hinc praecedentibus tantummodo per accentum *Sakephkaton* distinguuntur: quo indigitetur, de eodem adhuc subiecto sermonem esse. Sequentia vero distinguuntur per Imperatorem *Atnach*; adeoque, quum praedicatum, *ibidem loquutus est nobiscum*, ad Iacobum non quadret: post verba *fleuit et supplex orauit eum*, nouum iam incipit subiectum, Deus nimirum, quem supplex orauit Iacobus, *hic eum quoque Bethele inuenit* etc. Ex eadem Accentuatione patet, v. 5. cum sexto perperam coniungi ab Auctore nostro, dum verba ita interpretatur: *In Bethel inuenit eum, ibique loquutus est nobiscum et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius*. Nam per Imperatorem *Sylluk cum Sophpasuk*, qua distinctione non datur maior, a se inuicem discernuntur. Nouam potius Propheta v. 6. incipit propositionem, in qua peculiare subiectum et praedicatum adest. Illud est יהוה, hoc vero אלהי הצבאות. Particula vero ו, ut alias vim explanandi habet, v. g. Ier. XL. 8. Ezech. XL. 8. 9: ita et hic indicat, quo sensu Propheta dicat: *Iehoua est Deus exercituum*. Nimirum ut ostendat, vera quidem esse, quae de manifestatione Numinis in Bethele, commemorabant Israe-

litae;

litae; sed conclusionem inde formatam, quasi idolum, quod colebant in hoc loco, Deus ille esset, veram non esse. Hinc addit: *Imo vero, non idolum illud; sed Iehoua est Deus exercituum.* Non adeoque hic nominatiuus postponitur verbo (†); sed in ipso propositionis initio, expresse legitur.

(*) Verbum שָׂרָה, quod cum hic, tum in loco parallelo Geneleos occurrit, alibi non legitur. Inde vero deriuatur מְשָׂרָה *principatus*, quod de regimine Christi pacifico vsurpatur, Ies. IX. 5. 6. לְמַרְבֵּוֹ הַמְּשָׂרָה וְלְשֵׁלֹם אֵין-קֶץ Indicat ergo talem principatum, qui in pace statuque rerum florentissimo obtinet. Hinc verbum שָׂרָה proprie significare nequit: *subigere aliquem vi.* Ita et radix cognata שָׂרָה de imperio mariti in vxorem occurrit, Esther. I. 22. et Num. XVI. 13. de imperio Moysis in populum Israeliticum. Quis vero diceret, mariti in vxorem imperium, non nisi adhibita vi obtineri posse? Quemadmodum nec Moyses vllam adhibuit vim, quo populum, cui praeerat, sibi subiiceret. Tandem et verbum שָׂרָה equidem significat: *principatum tenere, imperare alicui* Iud. IX. 22; sed talem principatum, vbi quis in re quadam antecellit alterum, 1 Paral. XV. 22. Sic de Israelitis quoque dicitur Hof. VIII. 4 הַשִּׂירָה *principes constituunt.* Qui vero ab altero subigitur, ille non libere principem eum constituit. Imo hoc verbum denotat etiam: *principis officio fungi, principem se gerere*, Prov. VIII. 16. Ies. XXXII. 1. Nihil igitur obstat, quo minus et hic שָׂרָה vertatur, *principem se gessit*: maxime quum distinguatur a יָכַח *praenaluit*, quod sane vnum idemque esset, ac שָׂרָה, si hoc denotaret vi aliquem subigere.

(**) Conf. EDVV. POCKOCKII, *Comment. in Hoseam pag. 643. sq.* Alii putant, verbo בְּאוֹנוֹ designari *aetatem Iacobi virilem*, in oppositione ad tempus gestationis in vtero, vbi calcaneum tenuit fratris. Conf. IOH. MARCKII, *Comm. in Hoseam p. 567.*

(†) Quamuis in lingua Ebraea, nominatiuus saepissime postponatur verbo; immediate tamen verbum illud consequi solet, ita vt nunquam in altero demum versiculo quaerendus sit, vt putat Auctor noster. Exemplum enim, quod adducit Hof. XII. 8. 9. nihil

nihil probat. In verbis enim כָּנַען בְּיָדוֹ מֵאֲדָמִי מֵרֶמֶס nominatiuus non demum continetur v. 9, vt sensus sit *Ephraim est mercator*; sed ita vertenda sunt: *mercator*, siue mercatorem quod attinet, (iuxta idiotismum Ebraeum, de quo Conf. SAL. GLASSII, *Grammat. S. Lib. III. Tract. I. Can. 28. p. 446.*) *in manu eius sunt lances dolosae*. In istis vero locis, vbi Hosea reticet nomen Iehoua, ibi iam antea de eo loquutus erat, vt adeoque aliud ibi subiectum intelligi nequeat, v. g. Hof. I. 6. 9. collat. v. 4. et Cap. X. 2. collat. Cap. IX. 17. Sic in nostro quoque loco, nominatiuus v. 5. in praecedentibus quaerendus est: idem ille Iacobum Bethle inuenit, quem antea in luctu supplex implorauerat Iacobus.

§. XXXII.

Alia adhuc ratione, Cap. XII. obiectionibus ex loco Hoseae desumptis, occurrere allaborat Auctor. Ipse enim sentiens, ea quae in praecedentibus in medium protulerat argumenta, parum firmo stare talo: nodum quem soluere nequit, dissecat. Verba enim illa: *In utero calcaneum tenuit fratris sui; et robore suo principem se gessit cum Deo. Principem se gessit cum Angelo, et potentia valuit, fleuit et supplex rogauit eum*; Hoseam Auctorem agnoscere, plane negat: quippe quae, vt quidem putat, initio non nisi nota marginalis fuerit, a seriori manu adiecta, deinde vero ex librariorum vel ignorantia, vel malitia, in ipsum textum irrepserit. Manifestum hoc esse censet, non solum ex defectu nexus verborum istorum cum tota Prophetiae argumentatione; quum nullum plane in se continerent motiuum ad poenitentiam, ad quam Hosea hortabatur Israelitas, sed potius in honorem Iacobi vnice adposita videantur: verum etiam exinde, quia oppido dissentirent a relatione Mosaica, imo eidem plane contradicerent. Nimirum Mosen nullibi dicere putat, quod Iacobus calcem fratris *in ipso utero*, quasi cum ipso collu-

N

Etando,

Etando, tenerit: id quod neque cum principiis Physiologicis conciliari possit; quum quisque foetus, peculiare suas habeat membranas, quibus inuolutus est, ut adeoque ne tangere quidem vnus alterum queat. Verba enim ista, Gen. XXV. 22. ויתרצו הכנים בקרבו de solo motu embryonum in vtero, intelligenda esse (*). Quod vero Iacobus v. 26. in ipso partu calcem fratris tenuisse manu sua, dicatur: nihil aliud significare praetendit, nisi quod Iacobus extenso brachio, situm admodum difficilem habuerit, in quo vix edi in lucem potuisset, nisi reducto in antecessum in vterum maternum brachio eius. Coll. Gen. XXXVIII. 28. 29. Quum igitur verbum עקב quod in loco Hoseae occurrit, non *calcem tenere* indicet; sed *supplantare, decipere*: inde concludit, diuersas has rei eiusdem relationes, ab eodem Spiritu S. perfectas non esse, manifesto indicio, quod locus Hoseae interpolatus sit. His vero concessis, illud euanescente dubium, quasi colluctator Iacobi ille sit, qui h. l. vocatur Iehoua.

(*) Similem hunc fuisse motum, arbitratur, ac illum Iohannis Baptistae, de quo dicitur Luc. I. 41. ἐσπλήησε τὸ βρέθος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. Quare etiam approbat versionem τῶν LXX, qui idem h. l. adhibent vocabulum.

§. XXXIII.

Ast, quam temerarium sit hocce Auctoris assertum, nemo non videt. Instituti ratio non permittit, ut hoc loco argumenta Virorum Celeberrimorum repetam, qui integritatem sacri Codicis, contra MORINVM, CAPELLVM, VOSSIVM, SIMONIVM, MEIBOMIVM, PEZRONVM, WHISTONVM aliosque, abunde euicerunt, et quam impossibilis fuerit eiusdem corruptio, demonstrarunt (*). Hoc sane certum est, Iudaeorum doctores

ctores, in describendis atque recognoscendis bibliorum codicibus, ad nugacem usque *μικρολογίαν* accuratos fuisse, adeo ut ne vnicum quidem verbum, nedum integra pericope, librorum vel incuria vel malitia, in textum sacrum facile irrepere potuerit. Sed nec argumenta, quibus sententiam suam confirmat Auctor, aliquid valent. Quam eleganter enim tota Hoseae oratio cohaereat, ostendimus. §. XXX. Deinde, verum quidem est, in verbis istis contineri obiectionem Israelitarum, de Iacobi praerogatiuis gloriantium; sed num ea ideo ad textum minime pertinere credenda sunt, quae ex aliorum sententia, sibi obiicit Scriptor quidam, et ad quae ita respondet, ut simul noua inde desumat argumenta pro confirmanda thesi sua? Facit hoc Hosea, dum ex historia Iacobi, quam allegabant Israelitae, hanc format consequentiam, quod Iacobi fidem imitari, adeoque se conuertere ad Deum, debeant, si veri nominis esse velint Iacobi posterii. Tandem, nec vlla inter Hoseae, et Mosis relationem, vera adest contradictio. Ille de Iacobo narrat *את-ארוי עקב בכטן* Verbum vero *עקב*, licet alias quoque significatum *supplantandi* vel *decipiendi* habeat, proprie tamen indicat: *calcem tenere*, a quo actu, Iacobus quoque nomen suum sortitus est (**). Nonne igitur idem dicit Moses Gen. XXV. 26. *וידו אחורתי בעקב עשו*, et manus eius tenebat calcem Esau? Sed obiiciet quis forsitan, factum hoc esse, non in ipso utero matris, ut loquitur Hosea, sed quum exiret ex eo. Verum enimvero facilis est responsio. Iacobus reuera adhuc erat in utero, quum calcem fratris apprehenderet: postquam vero Esauus iam in lucem editus esset, tum demum obseruatum hoc est (+). Nec obstat, quod quilibet foetus separatis in utero inclusus sit membranis, ita ut alterum contingere plane nequeat.

Quum enim de gemellis istis dicatur, Gen. XXV. 22. **וַיִּתְרַצְצוּ הַכְּנִיָּם בְּקִרְבָּהֶן** verbum vero **רָצַץ** non simplicem denotet motum, sed cum mutua collisione coniunctum (††). Certe, in ipsis membranis haerentes, vnus alterum impingere potuit. Paulo post illam collisionem, ipse partus appropinquabat. Ruptis ideoque sub idem fere tempus vtriusque membranis, Iacobus calcem fratris apprehendebat, tam firmiter, vt manus eius adhuc illam teneret, quum Esauus iam ex vtero materno egressus erat. Negari nequit, Iacobum eo ipso situm obtinuisse ad partum admodum difficilem; sed casu hoc minime contigit. Quemadmodum enim iam motus iste in vtero, fidei Iacobi signum erat (*†); ita et in eiusdem fidei indicium, paulo ante partum, calcem Esau manu apprehendit, quasi eum retinere vellet, ne primus egrediens, primogeniti praerogatiuas obtineret. Optime hinc consentit relatio Mosaica, cum verbis Hoseae, vbi inter fidei Iacobi specimina, etiam hoc memoratur, quod in vtero iam calcem fratris tenuerit.

(*) Inter complures alios, conferri merentur IOH. BVXTORFFIVS Fil. in *Anticritica aduersus* LVD. CAPELLI *Criticam Bas.* 653. 4 HENR. IAC. van BASHVYSEN, in *Obs. Sacr. Libr. I. de integritate S. Scripturae.* Frf. 708. IAC. TRIGLANDIVS, in *Dissert. Theol. et Philol. Sylloge* p. 293. sq. peculiari *Diss. de integritate S. Codicis*, et qui primo loco nominandus fuisset, IO. GOTTL. CARPZOVIVS, in *Critica S. V. T. Part. I. Cap. 3. pag. 90. sq.*

(**) Verbum **עָקַב** manifestam habet conuenientiam, cum nomine **עֲקָב** *calcaneum*: vt adeoque proprie indicet actionem, quae versatur circa calcaneum; siue quis alterum pede dolose supposito, in terram deiciat ac supplantet, siue eius modo calcem apprehendat. In posteriori significato occurrere videtur, Hiob. XXXVII. 4. vbi denotat *retardare*, quasi calce apprehenso retinere.

nere. Hinc significatus decipiendi, vel fraudulenter nocendi, non proprius est, sed translatus; qui veropraeter necessitatem, proprio praefendus non est. Sed Historia Mosaica iam determinat, quid praecise hoc loco significet verbum כָּפַע . Nam nomen כָּפַע Iacobo ideo datum est, quia calcem apprehendit Esau. Gen. XXV. 26. Ergo h. l. calcem tenere indicat. Conf. *Cel.* CHRIST. FRID. BOERNERI, *Diss. de fide Iacobi in utero.* Lips. 708. §. 6. 7. p. 19. sq. Esauus vero deinde, pro sua in fratrem malevolentia, nomen Iacobi aliter interpretabatur Gen. XXVII. 36.

(†) Consentit IOH. DRUSIVS, in *Not. ad h. l. Crit. Sacr. T. I. p. 607.* dicens: *tenebat, vel tenerat, apprehenderat, neque enim tum tenebat, cum egrederetur, (ita enim in summum periculum mater adducta fuisset); sed ante tenerat, nempe cum Esau exiret, unaque ipse exire velle. Credibile autem est, obstetricem eius manum reduxisse in uterum maternum, quo exiret debito modo, i. e. per caput.*

(†) Conf. Iud. IX. 53. 2 Reg. XVIII. 21. Ief. XLII. 3. etc. Talem etiam violentum embryonum in utero motum, scriptores profani per pugnam explicare solent. Exempla ex EUSTATHIO et APOLLODORO allegat IOH. HENR. HEIDEGGERVS, in *Hist. Patriarch. T. II. Exerc. XI. §. 19. p. 222.*

(†) Nam si motus ille non nisi ordinarius fuisset; fane nec Rebecca ideo Deum consulisset, nec ipse Deus oraculo suo, quid significaret, indicasset. Factum vero hoc esse dicit Paulus Rom. IX. 11. *ἵνα ἢ καὶ ἐκλογὴν τῷ Θεῷ πρόθεσις μὲν, ἐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τῷ καλῆντος.* Sed Deus elegit Iacobum, ob fidem. Ergo motus iste, fidei Iacobi signum erat, ob quam iam ante natos pueros, decreuit Deus, maiorem seruiturum esse minori.

§. XXXIV.

Profligatis iam omnibus, quae Auctor noster Anonymus, contra veram historiae luctae Iacobi cum Angelo explanationem, necit dubiis, subsistere hic possem, nisi duo adhuc restarent in relatione Mosis momenta, quae Auctor intacta

intacta reliquit, quamvis hypothesi suae haud parum aduersentur. Haec igitur, ne quid praetermittere videar, coronidis loco, breuiter expendam. Primo quidem, situs loci istius, ubi contigit lucta, vix conciliari potest cum hypothesi, de Emissario Esau, ad pugnam cum Iacobo faciendam ablegato. Luctabantur nimirum prope torrentem Iaboc, qui olim terminus erat Ammonitarum, et circa eorum metropolin Rabbam ortus, versus occidentem pergat, donec tandem haud procul a lacu Gennezareth, cum Iordane fluuio se coniungat (*). Iam vero Iacobus transmisit trans torrentem Iaboc uxores suas, ancillas, liberos et quicquid erat ipsi, Gen. XXXII. 22. sq: ipse vero non traiecit vadum illud, quod postea in luctae memoriam *Pniel* vocatum est, v. 31; sed cis torrentem solus remansit, v. 24. Quum igitur Iacobus ex Mesopotamia, adeoque a septentrione, iter fecerit versus meridiem, Esauus vero ex regione Seir, hinc a meridie, in occursum ei venerit: certe, nuncius Esau, ad Iacobum pertingere, et vadum illud torrentis Iaboc traicere haud potuisset, quin prius inciderit in Iacobi comites. Hi vero in tanta consternatione, in qua erant, ob aduentum Esau, imminensque ab eo periculum, ignotum hominem ad Iacobum vix admisissent. Vt taceam, Emissarium illum plane scire non potuisse, quod Iacobum solum inuenturus esset: quippe qui hac ipsa demum nocte, suos ultra torrentem transmisit. Altera historiae circumstantia, maioris adhuc momenti est. Colluctator Iacobi nomen suum indicare detrectabat, licet Iacobus illum rogaret, vt hoc faceret. Sed vt inutilis prorsus haec fuisset Iacobi curiositas, si colluctator eius non nisi ficarius fuit; ita nullam quoque video rationem, cur hic solum nomen suum victori celare

celare voluerit, cui tamen, vt Auctor putat, iam indicauerat, quod seruus esset Esau. Sane Moses hanc circumstantiam non addidisset, nisi mysterium in ea lateret. Similem vero casum inuenimus Iud. XIII. 17. 18. vbi is, qui Parentibus Simsonis apparuit, qui vero nemo alius fuit, quam Filius Dei, nomen suum ideo indicare nolebat, quia mirabile illud esset. Hinc merito et ex hac repulsa, quam Iacobo dedit colluctator, colligitur, eum itidem fuisse Filium Dei, cuius nomen exprimi nequit. Prou. XXX. 4. (**). Nimirum Iacobus, dum eum de nomine suo interrogabat, equidem non ignorabat, quod verus esset Deus, cuius nomen sit יהוה, sed scire fortassis voluit, quaenam hic adesset *ὑπέρστας*, et quaenam esset nota characteristica, per quam discerni ab aliis posset: verbo, pleniorum desiderabat personae huius diuinae cognitionem, quam tum temporis fidelibus postulare conueniebat. Hinc ille respondet: *quorsum vero interrogas de nomine meo?* Nonne iam ex contactu illo femoris, et ex benedictione tibi data, intelligis, me esse personam diuinam? Hoc tibi iam sufficere potest: nam in hac sub veteri foedere oeconomia, clarius me manifestare nolo. His auditis, Iacobus acquiescit, nec amplius inquit in nomen colluctatoris sui; sed curiositatem suam deprimit. Laudanda certe haec est Iacobi erga illum, qui tam familiariter cum eo conuersabatur, reuerentia. Vtinam similem adhibuisset Auctor noster, in tractando verbo diuino! Sic enim, nec ingenium suum extra oleas vagare sinisset, nec Christum hic Iacobo apparuisse negasset, nec denique textum S. Scripturae corruptionis arguisset.

(*) Num. XXI. 24. Deut. II. 37. III. 16. Ios. XII. 2. Conf. HADR. RELANDI, *Palaestinam Lib. I. Cap. 44. p. 208.*

(**) Hanc


(**) Hanc conclusionem format THEODORETUS, in *Quaest. in Genes. Quaest. XCI. Opp. T. I. p. 29* inquiens: *Ob id etiam quum quaesivisset ab Angelo, qui vocaretur, non solum responso frustratus est, sed etiam obiurgatur, tanquam excedens metas naturae. Ad quid enim quaeris, ait, nomen meum, quum hoc sit admirabile? - - - Per haec omnia docemur, quod etiam hoc loco unigenitus Deus apparuit ipsi Iacobo.*


S. D. G.


CORRIGENDA.

Pag. 5. lin. 30. pro *longe aliter* lege *haud longe aliter.* p. 11. lin. 34. leg. *passim.* p. 13. lin. 20. lege *Auctorem.* p. 23. lin. 35. lege *δυνάμει.* p. 27. lin. 12. pro *verum* lege *rerum.* ibid. lin. 29. leg. *Esau.* p. 45. lin. 11. lege *מלאך* p. 46. lin. 8. leg. *המלאך* ibid. lin. 19. leg. *שׁוֹן לֹס.* p. 48. lin. 31. leg. *Hiob. VIII. 20.* ibid. lin. 32. leg. *Prov. XXVIII. 18.* p. 50. lin. 30. leg. *filii.* p. 51. lin. 4. leg. *Esau.* p. 52. lin. 29. pro *ירר* leg. *חירר* p. 72. lin. 18. leg. *coningatione.* p. 73. lin. 22. leg. *abstinnerint.* p. 80. lin. 13. leg. *גבור.* p. 81. lin. 13. leg. *precari.*











et maiores adeo dilectum ac carum sine grauiſſima cauſa
nis, miſeriis, calamitatibus addicet? Abſit. Atqui, re
illa et accurate penſitata, aut idololatria, aut Meſſiae
populo Iudaico poſſunt huius extremae miſeriae eſſe cauſa
non datur. Idololatriam, cane peius et angue, fu-
erunt poſt captiuitatem Babylo nicam. Ergo remanet
ſa reiectione veri Meſſiae. °)

§. IV.

friolas illas cauſas, quas hic Iudaei in anguſtias reda- *Reiciuntur*
ſuae adducere ſolent; tanquam in captiuitate Baby- *falſae cauſae*
um plene expiata fuiſſent peccata parentum et id *buius excidii.*
num fieri tempore. Expiatis iſtis, ſtatim Meſſias ven-
to duce vitam voluptatibus diſſluentem, honoribus
diuitiis copioſam eſſent acturi. Sed quum eae cauſae
quidem veri colorem habeant; eodem iure poſſunt ne-
eunt affirmatum. Contrarium potius ex euidentiffimo
ſſato eluceſcit. °)

§. V.

ſi diurnitatem huius exilii Iudaeus accurata mentis *Il. arg. a diu-*
quae lux veritatis, niſi data opera oculos claudat, *turnitate hu-*
rietur? Tempora, per quae ſuperiori aetate ab Aegy- *ius exilii de-*
eis, Aſſyriis fuere oppreſſi, ne utiquam ingentem an- *ſuntum.*
unt numerum, quem in hodierna ſua ſeruitute comple-
e nunc quidem modum ipſorum calamitatibus iri im-
minima ſuſpicio eſt. Comminatus quidem Deus eſt,
aleſicis in ſobole, nepotibus, pronepotibus, denique
otibus eſſe repetiturum, ſed nullibi legimus, hanc
terius eſſe progreſſuram. Enimvero iam dudum vin-
transiit iſtos terminos in populo, cui ipſi Deus hoc
eratione affirmavit. Nonne exinde neceſſario confe-
D 3 quitur,

EYMVNDI MARTINI Pugio fidei P. III. Diſt. III. c. XXI,
95. ſeqq. PHILIPPVS A LIMBORCH de Veritate reli-
hriſtianae p. 267. conf. p. 29 ſeq. IACOBI GVSSETII
iſti Euangelique veritas contra Iſaacum demonſtrata P. I.
6 ſeq.
XVIII, 2 - 24.

